


Lca. 272.

72.





M. GOTTLOB CHRISTIANI STORR,
SS, LITERARVM CVLTORIS IN DVCALI SE-
MINARIO THEOL. TVBINGENSI,
OBSERVATIONES
SVPER
NOVI TESTAMENTI
VERSIONIBVS
SYRIACIS.



STVTTGARDIAE,
IMPRIMEBAT C. F. COTTA, TYPOGR. AVL. ET CANCELL.
MDCCLXXII.

KOEN. FRIED.
UNIVERS.
ZU HALLE



PRAEFATIO.

Duas potissimum esse, de quibus accurate cognoscere velit criticus, N. T. versiones syriacas, satis constat. De utraque habeo, quæ literarum harum amanti lectori iudicanda proponam. Erit igitur omnis hæc disputatio in duas partes descripta, quarum prima pertineat ad versionem N. T. syriacam antiquam, altera autem agat de recentiore. Si quid boni repererit lector in opusculo, Viris doctis, qui librorum tum



manuscriptorum tum aliorum potestatem beneuole fecerunt, mecum gratias habebit. Me quidem grata erga Fautores voluntas iubet gratias vniuersis agere, quas possum, maximas, singulatim vero Præfectis bibliothecarum tam Parisiensium, Regiæ et Benedictinorum Congregationis S. Mauri, quam Oxoniensis Bodleianæ, clarissimis.





PARS I.

De versione N. T. syriaca antiqua.

§. I.

Cum veterrima sit, et primo iam seculo facta credatur, de qua primum videbimus, N. T. versio syriaca, veræ eius lectiones in faciendo variarum N. T. lectionum delectu plurimum omnino adiuuare possunt. Ipsa autem illa de causa mirandum foret, si nulla scripturæ vitia haberent N. T. codices syriaci, at varia et multa essent in exemplis græcis, quorum textus non multo est antiquior syriaco. Oportet igitur primum fontes

A 3

habere



habere cognitos, e quibus variantes antiquæ versionis syriacæ lectiones possint colligi. De deligendis porro lectionibus iudicium ad artis criticæ communia præcepta dirigendum est. Itaque fontes illos indicare, mihi institutum est, non datum, exhaurire.

§. II.

Principatus haud dubie debetur Ephræmo Syro. Qui cum seculo quarto scripserit, antiquissimas syriacæ versionis lectiones habere potest, antiquiores certe recentiore syriaca versione, e qua superior interpolata est sequentibus seculis, ut alio loco (P. II. C. V.) ostendam. Sed in Ephræmo consulendo magna cautio est, ne ex orationibus lectionis varietates temere colligamus. Solet enim in iis non tam spectare, quid textui syriaco sit consentaneum, quam ad metrum, cui adstrictæ sunt orationes haud paucæ, verba accommodare, earumque vniuersæ ornandarum præcipuam rationem habere. Nam etsi in ipsis etiam orationibus exquisite interdum cum versione syriaca consentiunt, quæ e N. T. proferuntur, itaque loca Marc. I. 24. I Cor. VII.



VII. 31. XV. 36. et alia accurate de versione syriaca sumpta sunt Opp. Syr. T. III. p. 102. 309. 335: tamen casui potius, quam consilio, tribuendum esse consensum, docet multo frequentior dissensus, ut omittam, ipsam illam priorem Pauli sententiam aliter efferri T. II. p. 338. f. Quam vero parum diligenter Ephræmus in orationibus syriacam versionem ante oculos habuerit, quam multa vel de suo addiderit, vel prætermiserit, vel mutauerit, orationes perlegenti non potest obscurum esse. Loca tamen excipienda sunt ea, quæ de N. T. sic commemorantur, ut iis tota aliqua oratio nitatur. Quam quidem rationem in locis V. T. imprimis frequentat Ephræmus, sed e nouo quoque testamento petitum exemplum v. T. II. p. 387, ubi locus Ioh. XI. 43. dicendi materiam dedit. Ceterum admonitio vniuerse non eo trahenda est, ut orationes Ephræmi, quas tomi Opp. II. et III. complectuntur, ad consilium nostrum penitus inutilis statuamus, valet autem eo, ut circumspicte iis utamur, neque lectionis varietatem suspicemur, ubi verba textus permutata videmus ab Ephræmo cum aliis, quæ vel ad



metrum vel ad splendorem et suauitatem orationis aptiora putabat. Veluti ex eo, quod T. III. p. 142. legimus: **להי לם שעתא לא** i. e. *illam horam nemo nouit, nec primogenitus quidem*, non quidem consequitur, vt hæc ipsa verba in exemplo quodam syriaco Marc. XIII. 32. inuenerit, sed locus Ephræmi prodesse saltem potest hactenus, vt, eius etiam ætate verba *neque filius* in versione syriaca fuisse lecta, pateat.

§. III.

Haud paullo maiorem in seruandis interpretis antiqui verbis diligentiam adhibuit in commentariis. Quamquam etiam in his non raro a versione syriaca discedit. Velut T. I. p. 288. 404. dicta Act. IX. 15. Luc. I. 32. 33. profert sic, vt omittat, quæ T. I. p. 535. T. II. p. 142. ipse agnoscit, et locum Eph. II. 5. 6. modo sumit de versione syriaca (T. I. p. 529.) modo liberius commemorat (p. 561.) item pro verbis, quibus utitur vetus versio Luc. I. 33. Ioh. XI. 52, et quæ alibi (T. II. p. 142. 216. & 66.) ipse repetit, alia ponit T. I. p. 404. 534. Nec mirum videri debet
in



in Ephræmo, quod Patrum omnium commune est. Itaque vel breuitatem sectabatur, eique opportunum putabat, si prætermitteret, quæ ad institutum eius non pertinebant, vel certe non necessaria erant, vt T. I. p. 322. 527. T. II. p. 66. 90. in dictis Ebr. IX. 26. Eph. IV. 17-19. Ioh. XI. 51. 52. Phil. II. 8, aut longiora loca (v. c. Matth. V. 17. 18. Ebr. XIII. 11-13. 1 Cor. II. 7. 8. Act. IX. 8. fs. 1 Cor. II. 4.) pluraue (Rom. VII. 2. 3. & 1 Cor. VII. 39.) conferret in compendium (T. I. p. 300. 328. 440. 535. T. II. p. 129. T. I. p. 375.); vel perspicuitati consulturus explicationem aut suam, veluti T. I. p. 440. T. II. p. 90, aut petitam e contextu, quod T. I. p. 490. 506. T. II. p. 90. factum est in locis Tit. III. 6. Matth. XXI. 41. Ioh. III. 34, inferebat textui, aut cum verbis textus eam permutabat, quod loco Matth. XVI. 18. videtur accidisse T. II. p. 166; vel continentem effecturus orationem verba sacra ad contextum accommodabat, quo modo loca 1 Tim. VI. 6. - 8. Eph. I. 10. Gal. IV. 27. Rom. VI. 4. Luc. V. 32. & Tit. III. 6. Act. IX. 15. allata reperimus T. I. p. 318. 344. 384. 479. 490. 535; vel memoriter afferebat loca sacra, quo-



rum sensum poterat tenere, neque tamen omnium verborum fatis memor esse, igitur aut transilire quædam, aut pro verbis textus alia, quæ significationem quidem haberent eandem, ponere, aut ordinem verborum mutare, cuius generis exempla extant T. I. p. 108. 288. 318. 452. 479. 490. 535. T. II. p. 96. 222. 279, depromta ex Luc. XIX. 30. 31. Act. IX. 15. 1 Tim. VI. 16. fs. Eph. IV. 3. Rom. VI. 4. Tit. III. 6. Luc. XXIII. 48. & Act. II. 37. & IX. 8. fs. XXIV. 25. Matth. XXIV. 15. X. 6.

§. IV.

Sed multo sæpius syriacam veritatem diligenter retinuit. Ex quo genere sunt hæc fere loca: Matth. III. 17. (T. I. p. 357.) XI. 14. 29. (T. II. p. 315. 298.) XX. 28. (T. I. p. 440.) XXII. 40. (p. 221.) XXV. 6. (p. 493.) Luc. I. 32. 33. 78. (T. II. p. 142. T. I. p. 357.) XII. 32. (T. I. p. 443. T. II. p. 302.) XXIII. 34. (p. 233.) Ioh. VII. 38. (T. I. p. 524.) VIII. 44. 46. (T. I. p. 560. T. II. p. 298.) XI. 43. (v. §. II.) XIX. 15. (T. I. p. 348. f. T. II. p. 302.) Rom. V. 15. (T. I. p. 562.) VIII. 20. (T. II.



(T. II. p. 250.) IX. 32. (T. I. p. 504.) XI.
25. (p. 384.) I Cor. X. 6. (T. II. p. 112.)
XIII. 12. (T. I. p. 462.) Eph. II. 4.-6. (p. 529.)
V. 6. 27. (p. 557. 373.) VI. 16. (p. 430.)
Col. III. 5. (p. 137.) Idem etiam accidit,
vbi dicta scripturæ cum suis enunciatis ita
coniunxit, vt omnia vna continuatione pro-
ferrentur, vt in locis Luc. XV. 24. (T. I. p.
562.) Ioh. VIII. 44. (p. 311.) I Cor. XV. 20.
(p. 561.) 2 Cor. V. 7. (p. 462.) I Tim. IV.
8. (p. 393.) Tit. II. 14. (p. 345.) factum est.
Quibus addi potest, quod etiam Ephræmus
(T. II. p. 114.) legit vulgatum *Darphon* Act.
VII. 43, improbatum illud quidem a versione
arabica Erpeniana. v. celeberr. Michaelis Cur.
in Vers. Syr. Act. p. 57.

§. V.

Quoniam igitur Ephræmus tenax est an-
tiquæ versionis syriacæ, neque tamen ita per-
tinax, vt non certas ob causas recedere ab
ea audeat, discrepantia locorum sacrorum,
ab eo prolatorum, et textus syriaci vulga-
tioris vel sic iudicari potest, vt a codicibus
venerit, quorum partem Ephræmus, partem
textus



textus vulgaris editores secuti sint, vel sic, ut ab indicatis §. III. fontibus fluxerit. Neque vero tantum a textu vulgato, cuius editio Gutbiriana, vsu facile tritissima, ante oculos est, discrepat Ephræmus, cum dicta scripturæ, in medium prolata, suis præceptis commiscet, sed etiam, cum profitetur, e sacris litteris proferri locum. Ex primo genere est, quod habet Matth. XXVII. 20. **נוברון** (T. II. p. 122.) Act. V. 41. **מן קדם כנושתא** (T. I. p. 371.) 2 Cor. V. 21. **הו דלא ידע חסיתא חסיתא חלפין עבר** (p. 359.) Eph. III. 19. **מן דמשיחא דרם** (p. 466.) Phil. III. 21. **ירעתא** (p. 493.) 1 Petr. I. 11. **חשוהי דמשיחא דעתורין** (p. 331.) 1 Ioh. II. 2. **אלא** (T. II. p. 286.) **חלף**

§. VI.

Ex genere altero hæc loca occurrunt. Matth. V. 28. vulgatæ lectioni **רחוא** anteponit hanc: **רנחוא** (T. II. p. 174.) Versum 39. ita effert: **מן דמחא לך על פכך קרב לה אחרנא** (p. 164.) Vers. 44. ponit **חלף** pro **על** (T. I. p. 463.) VI. 34. **ונאחור** (T. II. p. 81.) XXI. 38. **לן**



לי מן אבי כל. 18. XXVIII. (T. I. p. 510.) לן
Marc. (T. II. p. 214.) שולטן דבשמיא ודבארעא
VI. 2. אימכא לה הלין להנא דספרא לא ידע
הנא נאזל קדמוהי בחילא. (p. 40.) Luc. I. 17.
אתתסום — מן איסראיל. (p. 315.) II. 34. וברוחא
(p. 404.) Verfu 52. בחכמתה ובקומתה.
(p. 562.) X. 24. דשמעין אנתון. XXIV. 49.
כל מרם כה הוא. -- Ioh. I. 3. באורישראל
V. (T. II. p. 90.) בכיל. III. 34. חרא הות
XI. (T. I. p. 165.) אבא לאנש לא דאן אלא. 22.
רעתור ישוע. 51. 52. (p. 475.) Vers. דכלה. 50.
XIV. 2. לממת — דאף לבניא
כלמרם דשמעת. XV. 15. (T. I. p. 463.) סגיאא
(p. 466.) XVI. 11. על דינה לם דארכונה.
XIII. 46. (p. 406.) אינא גיר. 52. Act. VII. 37.
לכון הוולא הוא קדמאית דתאמרי -- דרחיתון לה
(T. I. p. 492.) נאחא. Rom. VI. 8. (T. II. p. 303.)
(p. 413.) VIII. 26. 27. אכמא דולא — בתאנחתא.
(T. II. p. 235.) IX. 25. ודלא אתרחמת.
(T. I. p. 354.) Gal. III. 13. omittit דנמוסא
בה אתברי מא דבשמיא ומא habet. Col. I. 16.
(p. 18.) דבארעא כל דמתחזין וכל דלא מתחזין
Ebr. XI. 6. (p. 493.) וקלא. I Theff. IV. 16.
(p. 460.) ודאילין דבעין לה הוא פרועא

§. VII.



§. VII.

Quæ igitur de Ephræmi scriptis excerpta sunt §. V. VI, etiam si non statim in variis lectionibus numero, tamen non temere negligenda duco. Neque enim dissensum quemcunque a textu vulgato ad Ephræmi negligentiam vel licentiam trahere finit observatio, quod vel, repetito dissensu, consulto se dissensisse, testatur, ut in loco Ioh. V. 22. factum T. I. p. 446, vel contra vulgarem textum alii cum eo consentiunt, ut in loco prolato Iacobus Edessenus facit (Opp. Ephr. Syr. T. I. p. 167.)

§. VIII.

Prodesse etiam ad hanc quæstionem iudicandam potest Cantabrigiensis codex, non modo e latina, sed etiam e syriaca versione interpolatus, ut ostendit celeberr. Michaelis Cur. in Act. p. 82. Einl. in die göetl. Schriften des N. B. Ed. 2. P. I. p. 402. f. Eius interpolationis specimina quædam addam, in quæ incidi. Igitur e versione syriaca fluxisse videntur Cant. Ms. lectiones hæ: Matth. V. 22. *γαχα* *Ν. 41. αγγαρευει. VI. 15. υμιν. Ν. 19. αφαι-*



αφανιζουσιν. X. 10. μητε pro μη. XII. 14. και
εξελθοντες οι Φαρισαιοι συμβεβηκον ελαβου κατ'
αυτη. XIII. 28. λεγουσιν αυτω οι δεσλοι. Ν 52.
λεγει αυτοις. XIV. 8. ειπεν δος μοι. XV. 17. ου
pro ουπω. Ν. 19. βλασφημια. Ν. 31. και κυλ-
λας — και χωλας. Luc. XI. 34. παν pro
ολον. XIV. 5. τη ημερα τη σαββατη και εκ-
ευθεως ανασπασει αυτον. Ioh. X. 16. και αλλα-
δε. XI. 39. μαρθα η αδελφη τη τετελευτη-
κτος. Deinde, vt in vniuersum ne medio-
criter quidem græce doctus fuit, qui codicem
scripsit, librarius, ita haustum e Syro nume-
rum singularem Marc. XI. 12. inepte, nimirum
quarto casu, cum verbo επεινασε coniunxit.
Vnde nata est lectio εξελθοντα — επεινασε.
Factum etiam, vt ad syriacam versionem minus
intellectam græca concinnaret. Velut Matth.
XV. 14. syriacorum verborum interpunctionem
fecisse videtur hanc, vt vocabula יהוה et סמיס
coniungerentur, at posterius et אנן dirime-
rentur; itaque ך in verbo סמיסך non pro geni-
tium significatione, sed pro relatiuo pronomine
accepisse, vertisse igitur: *missos facite coecos;*
sunt duces, qui coeci (sunt,) vel: coeci sunt
duces. Ex quibus factum videtur, vt legen-
dum



dum putaret: αφετε της τυφλης, τυφλοι εισω-
 οδηγοι. Similiter ἡ pro pronomine relatiuo,
 nec non affixum ἡ pleonasticum pro possessiuo,
 quo modo idem in vocabulo התה XII. 45,
 expresso græcis verbis τα εχατα αυτα, ce-
 pisse videtur, interpretatus XIV. 6. finxit fi-
 liam Herodis, quæ fuerit, vel appellata sit,
 Herodias. Est enim in Cant. codice: η θυ-
 γατης αυτα ηρωδιας. Quibus constitutis, li-
 cebit pro credibili sumere, libri Cant. lectio-
 nes, a latinis et græcis pariter aberrantes,
 originem sæpe syriacam habere. Vnde pro-
 cliue est iudicare, quemadmodum e Cant. li-
 bro variantes syriacæ lectiones colligi, vel
 potius aliunde cognitæ illius certe codicis
 consensu possint confirmari. Quia igitur in
 omittendo verbo δεξιαν Matth. V. 39. Ephræ-
 mus Cant. codicem consentientem habet,
 hanc lectionem e syriacis exemplis ductam
 esse, tanto magis est credibile.

§. IX.

Sæpe etiam, in quibus discors est edi-
 tionibus Ephræmus, græcæ veritati consonat,
 vt Matth. XXVII. 20. Luc. II. 52. Act. V. 41.
 2 Cor.



2 Cor. V. 21. VII. 2. Eph. III. 19. Col. I. 16.
Cuius rei causa aut in eo est, quod syriacus
textus ad græcum ab ipso correctus est, aut,
quod propius fidem est, in vitio codicum vul-
gatorum, qui a veriore lectione, ad Ephræmi
tempora in exemplaribus syriacis conseruata,
pauulatim aberrarunt. Certe, si prius pla-
ceat, Ephræmus græcum textum syriaco,
quem plerumque sequitur, non raro prætu-
lisse creditur, vbi nulla in contextu necessitas,
neque maius momentum in græcis erat quam
in syriacis ad firmandam, de qua agitur, sen-
tentiam. Aliæ Ephræmi lectiones probantur,
quod vel contextui rectius respondent vulgari
lectione, vt Luc. X. 24. רשמעין אנתון accom-
modatius est ad superiora דחזין אנתון, itaque
vetus interpres illis citius vsus videtur quam
vulgatis verbis; vel seruiunt tollendis vitiis,
quæ e codicibus mendosis in editiones vene-
runt, vt Matth. VI. 34. Rom. IX. 25. Cete-
rum vix operæ pretium fuerit, quando apud
Ephræmum Act. XIII. 46. pro vulgato דרחין
אנתון legimus דרחיתון, de simili exempla-
rium syriacorum discrepantia monere. Con-
ferat, qui volet, lectiones codicis Barsalibæi,

B

ver-



versionem euangeliorum recentiorem, sed Actorum et epistolarum superiorem continens, excerpti a Cel. Ridleyo Diff. de syriacis N. F. versionibus Sect. XIV, cum receptis 1 Theff. I. 10. II. 2. 2 Theff. I. 7. Hæc de Ephræmo, e cuius scriptis excerpta inveniuntur quoque apud Ridleyum laudatum Sect. VII. Diff. citatæ, cuius editione Londinensi A. 1761. vtor, sed inserta est etiam Cel. Semleri libellis ad crisin N. T. Wetstenianis. Illa autem cautio est, ne producta a Ridleyo testimonia existimemus omnia de commentariis Ephræmi sumpta esse. Multa enim ex orationibus protulit Vir Cl., vt loca Matth. V. 3. 19. T. III. p. 473. 563, X. 41. p. 290, XV. 27. p. 585, XXV. 34. fs. p. 244. 291. 498. 544. f. 642, Luc. VII. 39. fs. p. 404. fs, Ioh. VI. 40. 52. p. 336. 102, Rom. V. 20. p. 440. reperiuntur. Quo minus miranda est verborum Ephræmi ab antiqua versione syriaca in his locis diuersitas (§. II.)

§. X.

Eorum, quæ a Iacobo Edesseno e N. T. proferuntur, ratio superiori (§. III. fs.) non
dissimi-



diffimilis est. Velut orationem Paulli i Cor. XII. 4 - 11. contrahit (T. II. Opp. Ephr. Syr. p. 289.) et verba Christi Ioh. X. 38. transponit (T. I. p. 167.), alia vero accurate affert, eaque vel recepto textui non admodum convenientia (§. VII.) vel prorsus consentanea, ut Matth. VI. 10. Gal. I. 1. (T. I. p. 189.) 2 Theff. II. 8. (p. 191.) Luc. I. 73-75. (p. 438.), quo quidem loco a Gutbirii editione recedit, inserto ultimæ voci præfixo \beth , quod vero a Gutbirio potius, dissentientibus, quorum auctoritate vox uniuersa in nonnullas editiones venit, Raphelengii et Tremellii codicibus, neglectum censeretur debet. Ceterum in colligendis syriacæ versionis lectionibus variis proderit etiam consulere Assemani Bibliothecam Orientalem.

§. XI.

Proxime his fontibus commemorandi sunt codices manuscripti, quorum porro auctoritate ipsæ etiam editiones nituntur. Principatum tenent Mosis Meredinæi duo exempla, de quibus antiquam N. T. versionem syriacam primus Vindobonæ A. 1555. edidit

B 2

Io.



Io. Albertus Widmanstadius, socio laborum
 vsus illo ipso Mose, adiuuante primum etiam
 Postello, per quem Europæ illatum est aliud
 eiusdem versionis exemplum. Atque ex eo
 correctum a Guidone Fabritio Boderiano Vin-
 dobonensem textum habent Biblia Regia
 Antverpiensia, qua nouum testamentum A.
 1571. in lucem prolata, indicatis vtriusque
 editionis varietatibus, nequaquam tamen o-
 mnibus, ad calcem operis polyglotti. Paulo
 ante (A. 1569.) prodiit Tremellii editio, in
 qua Vindobonensis pariter pro basi est, sed
 adhibitus codex Ms. tum Heidelbergensis.
 Atque ex his editionibus fluxerunt plures
 aliæ, quas commemorare nihil attinet.
 Quamquam vero multæ sunt editionum variæ
 lectiones, a pluribus editoribus collectæ, etiam
 codicum quorundam, post quatuor illos col-
 latorum, lectionibus, vel cum syriaco con-
 textu N. T. vel separatim editis, auctæ: ta-
 men, in manuscriptis exemplis, nondum in-
 spectis, multas incognitas latere, facile credi
 potest.



§. XII.

Pro specimine erunt lectiones quædam, e codice Parisiensi excerptæ, cuius notitiam dedisse, etiam infra (P. II. C. II. IV. V.) proderit. In Montfauconii enumeratione manuscriptorum syriacorum (Bibliothecæ Bibliothecarum T. II. p. 1046.) penultimum locum obtinet liber. Habet autem euangeliorum non modo syriacam versionem, sed etiam arabicam, diuersam ab editis, neque etiam syriaco textui, cui adiuncta est, vbiq; consentientem. Primis duobus Matthæi capitibus in margine additum est versionis syriacæ recentioris fragmentum, quod complectitur caput primum et sequentis versus quindecim. Scripturæ forma est in fragmento illo estrangela, in versionis antiquioris textu ordinaria, præterquam in inscriptionibus, plerisque subscriptionibus, nominibus Dei et Christi, etiam minio distinctis. Quid sibi velint verba syriaca, quæ, etsi extant in contextu syriaco, tamen literis arabicis repetita sunt et insuper vel in margine posita, ambigi potest. Coniectura eo ducor, vt, cum linguæ arabicæ vsus latissime patere, et syriacæ olim locuti paulatim in

B 3.

verna-



vernaculæ obliuionem venire, eandemque ob
 caussam arabicæ versiones syriacæ exemplis
 inferi cœpissent, ipsum quoque syriacum tex-
 tum, quo facilius et ad antiquas pronunciandi
 regulas aptius ab hominibus, syriacæ scriptu-
 ræ non adfuetis, legi posset, arabicis inter-
 dum literis scriptum, nostri vero codicis sy-
 riacum textum e tali exemplo ductum, ver-
 baque, in quibus hæreret librarius, non mo-
 do syriacis, sed, vt lectori integrum esset iu-
 dicare, etiam arabicis notis, de exemplo illo
 sumtis, expressa, suspicer. Hoc autem scri-
 bendi genus in illa syriacarum literarum latius
 serpente ignorantia veritati in pronunciandis
 syriacis vtcunque conseruandæ inprimis de-
 stinatum fuisse, hoc maxime argumento cla-
 rum est, quod vocalium potissime ratio habe-
 tur, itaque litera Eliph valet Pthocho, Ie
 valet Rebhozo et Chebhozo, Waw valere so-
 let Scopho et Ozozo, consonantes autem, quæ
 sono non multum inter se distant, promiscue
 ponuntur, et literæ, quæ non exprimuntur
 dicendo, sæpe etiam in scribendo negliguntur.
 Deinde verba, in codice Parisino ad hunc mo-
 dum scripta, quorum magnus numerus est,
 syriaci



fyriaci euangeliorum libri, in quo vniuerse illa scribendi forma vsurpata et de quo ductus fuerit Parisinus codex, reliquiæ esse videntur, propterea, quod nimis sæpe ex arabica illa scribendi ratione in librum Parisinum irreperunt vitia. Quia enim consonantes, quæ voce non distinguuntur, arabica illa scribendi forma fere negligebat, velut literæ Waw in קרבו Matth. V. 1. IX. 14. XIII. 10. similibusque verbis X. 11. 12. XI. 20, et literæ Iud in לברי II. 15. אתלכבי IX. 22. ברתי 18. 22. אחיתכי 22. עברי XII. 18. nulla arabica respondet; librarius in apographo (quo nomine Parisini codicis syriacum contextum, syriacis literis scriptum, notabo, ad voces, arabicis literis scriptas, in eodem codice passim occurrentes, quales ante protuli, tanquam ad partes antiquioris libri, e quo fluxerit Parisiensis, posthac prouocaturus) sæpissime Waw pariter omittit, itaque Matth. IV. 17. scribit טוב, V. 1. XII. 22. קרב, X. 7. ואמר, XII. 1. כפן, XIII. 30. ואסור, XIV. 35. ושרר, atque ita etiam in aliis pluralibus VIII. 27. IX. 33. XI. 7. XIV. 32. 33, vel perinepte addit Waw, uti II. 7. apographum habet וילפן, IV. 24.



וַאֲשַׁחֲמַעוּ, IX. 29. קָרְבוּ, XIII. 25. וּזְרָעוּ, XIV. 13. שָׁמְעוּ, vel literas, in antiquiore libro prætermitti solitas, permutat, veluti IX. 30. אַתְּפַתְחוּ ponit pro forma feminina, in Iud definente. Quia Olaph in voce וְאֵלֶיךָ XI. 17. auribus non accipimus, in antiquiore libro prætermittebatur, ipsa autem vox exprimebatur hoc modo: וְיֵלֵאִיךָ, Ie valente pro Rebozo et Eliph pro Pthocho. A quo fonte fluxit apographi lectio וְלֵיךָ. Quamquam Olaph post additum est ab alio. Vicissim, quando literæ, sub auditum non cadentes, in antiquiore libro modo neglectæ sunt, vt V. 13. VII. 26. pro אֵלֶיךָ, אֵלֶיךָ scriptum extat אֵלֶיךָ, אֵלֶיךָ, omisso Eliph; modo arabicis respondentibus expressæ, velut I. 11. בְּכָל־וְתוֹאֵרָא feruit exprimendo verbo בְּכָל־וְתוֹאֵרָא: fieri potuit, vt librarius XIV. 21. 29. in antiquiore libro reperiret אֵלֶיךָ, sed Eliph posterius pro inscitia linguæ syriacæ, quæ in eo erat, interpretaretur pro vocalis nota, sibi ergo ad calcem nouum Olaph addendum putaret, igitur hac de caussa scriberet אֵלֶיךָ. Restant certe in apographo pluribus locis vestigia literarum, quæ vocalium indices erant in antiquiore libro,

Vel-



Veluti litera Olaph in **שלאחיל** I. 12, **נאחיוהי**
ונאלף III. 11, **מסנאוהי** II. 8, **חאוני** V. 21,
תאגרא XIII. 8. 23, **דאשתין** X. 3, **תארי** V. 19,
XIII. 45. ex Eliph, vocalis Pthocho indice;
litera Iud in **בכיל** I. 11, **ומשאיל** II. 4, **יאיא**
III. 15, **תריעסר** X. 5. XI. 1, **שית** Ioh. XIX.
14, **סאיין** Matth. II. 3, **אורישראל** XIII. 33.
e litera Ie, vocalis Rebhozo vel Chebhozo in-
dice; litera Waw in **לתוונך** VI. 6. e Waw,
vocalis Scopho indice, ortæ videntur. Certe
vocabulum, e III. 15. prolatum, in antiquiore
libro ita scriptum fuisse, vt Ie insertum ha-
beret, librarius docet repetenda arabica scri-
bendi ratione, quæ hæc est **יויא**. Quibus addi
possunt lectiones **רזבלון**, **שלמון**, **מסכנא** IV. 13.
15. I. 6. 7. XI. 5, quæ ex eo natæ videntur,
quod librarius Waw pro nota vocalis Scopho,
cum sit vocalis Ozozo, et Je pro mera vocalis
significatione falso habuit. Quamquam casu
factum est, vt auctoritate firmari aliquæ de
his lectionibus possent, vel bonæ saltem essent.
Veluti bona omnino est scribendi ratio, quam
reperimus V. 19. XIII. 45. VI. 6. XI. 5; quæ
vero I. 12. 21. 11. Ioh. XIX 14. Matth. I. 6.
7. animaduersa sunt, etiam codici perparuulo



probantur, qui euangeliorum antiquam versionem syriacam complectitur, et in bibliotheca Bodleiana primo inter libros Pocockianos loco seruatur. Tandem literarum arabicarum vestigia in ipso contextu syriaco esse videntur. Nam IV. 9. pro **תפל תסגור** ponitur **אפלתסגור**, sed ita, vt pro Lomad sit Lam arabicum. Longior fui in proponenda et adiuuanda coniectura, quam animus fuerat. Si facta est probabilis, in faciendo de lectionibus, e codice Parisiensi proferendis, iudicio sollicitissime videndum erit, annon originem ab illa arabice syriaca scribendi ratione traxerint. Quæ enim sunt de illo genere, ne debent quidem numerari variarum lectionum loco. Neque igitur codex ad suam nos adducere potest auctoritatem, cum **אתתי הותי** inuenimus in eo, v. c. III. 16. IX. 20. f. Nam exemplo, quod secutus est librarius, Jud, pronunciarum non solitum, abfuisse, itaque ab librario demum in codicem inductum esse, verisimillimum est. Etiam si auctoritates, ipsarum quoque editionum, non destituunt prætermissionem literæ Jud in 3. pers. fem. sing. fut., tamen in variarum lectionum syriacarum numero

mero



mero duci non potest, quod in codice nostro tale Jud sæpissime deficit, vt I. 21. 23. V. 13. VI. 3. Abfuisse enim literam, sub auditum non cadentem, in antiquiore libro, credibile est, et de primo loco ipsa librarii, arabicas literas repetentis, admonitione constat. Ex quo facile intelligitur caussa prætermiſſionis in apographo. Etsi sæpe scribunt Syri מצליתון pro מצלין אנתון, & in similibus ad eundem modum, tamen codicis nostri, priorem maxime rationem frequentantis, testimonio nulla fides adhibenda videtur, quod posterior dicendi forma, ratione soni habita, non longe abest a priore, igitur in antiquiore libro prior potissimum, et iis quoque locis, v. c. VIII. 26, vsurpata est, quibus posteriorem sequitur apographum, itaque eius generis lectiones non fide codicis, quo vsus est librarius, sed huius voluntate vnice nituntur. Neque etiam fides apud nos esse debet codici Parisiensi, cum pro plurali numero, folis duobus punctis, certe in antiquiore libro, arabicis literis scripto, neglectis, discernendo, ponit singularem, vt absurde factum XIV. 35. in אנשא, vel cum contra accidit, vt VIII. 20. IX. 6. in אנשא.

Quin



Quin immo, tametsi non modo duobus punctis illis, sed etiam vocalibus a singulari differat pluralis, non confido codici, pluralem eiusmodi, vt בזקתכון VI. 1, סיברתא V. 25, נביא XI. 9. in fine, pro singulari, vel singularem pro plurali numero, vt in verbis בישתא IX. 4, בנהירא X. 27, כנשא XIV. 15. ponenti, quandoquidem in antiquiore libro vocales eiusmodi interdum omiffas video, veluti IV. 24. verba ודיונא ודכר אגרא arabicis literis exprimebantur sic: ודיונא וארבאר איכורא
Sed veniamus tandem ad capiendum e primis XIV. Matthæi capitibus variarum codicis lectionum specimen. Neque vero repetenda duco, de quibus supra admonui. Ceterum præmoneo, vt caueat lector, ne silentium in manifestis Gutbirianæ editionis vitiis, vt VIII. 31. IX. 35. XII. 43. XIII. 19, pro codicis consensu accipiat.

§. XIII.

Habet igitur codex

I. 2. לאיסחוק ad modum prægressi לאיהורא.

V. 5. prætermiffa verba ex *Rochoba* in margine ponit lector aliquis.

V. 8.



ψ. 8. scribitur יושפט, vt in commemo-
rato (§. XII.) libro Oxoniensi. Verba *Iuromum*,
Iuromus genuit Vsiam, *Vsias genuit*, ob
vocalorum *Iuromum* et *Iuthomum* similitu-
dinem præterita, librarius in margine restituit.

ψ. 12. legitur רין גלותא.

ψ. 19. ואתרעי הוא, adiuuantibus lectio-
nem codice Oxon. eoque, qui primus est in
Montfauconii citato indice MSS. syriacorum
Coislinianorum.

ψ. 20. מלאכא, concinente eodem Coisl.
altero.

ψ. 21. לעממא.

II. 1. vocabulum *Hierosolyma* deest, etiam
in adiuncta versione arabica, quamquam huic
in margine additur, sed vitiose scriptum.
Ceterum verba בכית לחם continua sunt in
codice, quod in similibus quoque frequens est,
vt in רין אן, רבי כהנא, כל מן, &c. Solet etiam
noster cum cod. Ox. Herodem אירוריס nomi-
nare, et, consentiente eodem libro, etiam
Ephræmo Syro probante, procuratorem
אוגמונא, et Iudæos יוריא vocare. Quamquam
apud Ephræmum etiam est יהוריא, sicut in
editionibus N. T. syriaci. Eiusdem auctori-
tate



tate munitus codex איסראיל pro Israële dicere solet.

¶. 10. 11. pluribusque locis scribitur הוואוהי, vt in cod. Oxon.

¶. 12. in אחריתה cum editionibus nonnullis noster Iud omittit. Sed nihil valet eius testimonium, quia Ie arabicum, quod librarius ante oculos habuit, non modo vocalem Chebhozo indicare, sed etiam Iud complecti potuit, vt IV. 25. in מרינתא factum esse constat.

¶. 13. habet הווי, quod ad plures pertineret mandatum. Itaque, qui arabicis literis scripsit euangelia syriaca, in suo exemplo etiam ערוקו legisse videtur, at posterius Waw, cum pronunciari non soleat, neglexisse, imitante, vt sæpius (§. XII.), imperito librario.

¶. 16. defunt verba *omniumque confinium eius*, et pro מא זבנא legitur.

¶. 18. למחביאיו. Sic V. 4. נחבאיון.

¶. 19. defit in *Aegypto*.

¶. 20. habet וקם, transposito Waw.

¶. 21. טליא.

¶. 22. absurde: בחלמא דלא נאזל.

III. 2. מלכותה.

¶. 3. דטיבו.

¶. 11.



- ψ. 11. למשקל et, הו דאנא לא.
- ψ. 12. חטא, et לאדרוהי, in margine
לאוצרוהי pro לאדרוהי.
- ψ. 15. נמלא. Post cum arabica vers. הידין.
- ψ. 16. ואתפתחו cūm MS. Coloniensi, col-
lato a Franc. Raphelengio, cuius lectiones va-
riæ recensentur ad calcem editionis N. T. Syr.
Plantinianæ 8. Nostrium vero codicem, qui
hoc ipso versu habet etiam סלקו, nullum in
tali lectione momentum facere, supra (§. XII.)
vidimus.
- IV. 4. נאחא, consentiente codice Coisl.
altero.
- ψ. 10. abest *tunc*, et
- ψ. 11. *accesserunt atque*.
- ψ. 16. legitur ולאילין דיתכין כחשוכא
ובטללא, codice Coisl. altero pariter primum
vocabulum, atque
- ψ. 18. דאנדראס, quam rationem alias
quoque sequitur noster, probante.
- ψ. 21. אבא דילהון. Postremum autem
in versu verbum codicis syriaca et arabica ver-
sio et Ms. Col. prætermittunt.
- ψ. 23. habet דמלכותא דשמיא, appro-
bante vers. Ar.

ψ. 24.



¶. 24. et sæpius טאבה. In quam ratio-
nem etiam IX. 31. scribitur אטאבוהי. Cete-
rum abest vox *omnes*.

V. 12. est דאגרא דילכון סגו. Fortasse
scribi debebat סגא. Certe hoc verbum in an-
tiquiore libro, arabicis literis scripto, ita ex-
primi potuit, vt Olaph, pronunciari non so-
litum, negligeretur, at Scopho litera Waw
significaretur. v. supra §. XII. ex Matth. V. 13.
VII. 26. prolata vocabula.

¶. 13. omiffum *autem*, scriptum דתשרא.

¶. 17. לא אתיה דאשרא אלא למשמליו. *con-*
sentientibus de addendo verbo veni Ms.
Col. & Coisl. altero.

¶. 18. סורטא.

¶. 19. הכיל דנשרא.

¶. 20. דאלא תאתר כאנותא דילכון. Ca-
ret etiam codex versus postremo vocabulo.

¶. 22. habet רקא, tum, concinente Ms.
Col. דכל מן pro כלמן, deinde וכל מן pro ומן.
Similiter ¶. 28.

¶. 24. קום מרבחא cum Ar. & Ms. Colon.
Deinde על pro עם.

¶. 30. ושריה cum Ar.

¶. 32. דתאגור.

¶. 33.

Ꝙ. 33. vltimum verbum est **במומתין**.

Ꝙ. 34. habet codex **דלא תאמון**.

Ꝙ. 36. **דהעבר**.

Ꝙ. 39. omittit **לך**.

Ꝙ. 42. ponit **דצבא דנאוף** cum Ar. & Ms. Col.

Ꝙ. 43. **דאתאמר לקדמיה** cum Arabe, tum **לבעלרינק**. Postremis vero tribus literis vulgaris superne addidit nonnemo.

Ꝙ. 44. **לבעלרכב** in fine lineæ. Fit autem sæpenumero, vt lineam excessura pars vocabuli negligatur, velut **דלאר** XI. 24, **לקו** XIV. 24, et **ותשבו** VI. 13, **Ꝙ. 30. דימנותא**, **ותשבוחתא**, **לקובלה**, **דלארעא** ponitur. Quamquam his locis partim in margine adiecit aliquis omiffa, partim lineola, supra imponi solita, compendium scripturæ indicat. Literarum **די**, de verbis **עברוהי**, **מלאכוהי** XIII. 27. 41, etiam in fine linearum positis, detrahendarum, causa quoque esse potuit in exempli, arabicis literis scripti, imitatione, quod affixum **די** fere prætermittere solebat, et v. c. scribere **לידראו** pro **לאדרוהי** III. 12.

Ꝙ. 47. **שלמא**.

VI. 1. **דחתחזון לכנישא ואלא** Etiam
Arabs

C



Arabs legit: *ut videant vos homines.*

¶. 2. in margine quidam restituit לכוּן.

¶. 6. abest ך in רבכסיא. Legitur הו נפרעך.

¶. 7. רבממלא. Sic VIII. 20. מטלא, contraque ¶. 8. מטללי. In quibus omnibus nihil quidem vitii est, sed nihil quoque auctoritatis in codice, quia in antiquiore libro, e quo ductus est, alterum Lomad, quippe pronunciari non solet, defuit haud dubie, sive codex, syriacis literis scriptus, e quo fluxit arabicis usus, id habuerit, siue neglexerit, itaque in apographo Parisiensi librarius vel de suo addidit Lomad, vel cum antiquiore libro omisit, quod utrumque nullum pondus habet.

¶. 9. ponitur הכיל pro הכנא, quod vero ipsum a nonnemine superadditum est. Utrumque vocabulum coniungit etiam Ms. Col.

¶. 12. in fine additur וחטהין.

¶. 13. חילא post פצא לן, similiter חעל לן.

¶. 14. utriusque versionis abest אף.

¶. 20. לכוּן frustra repetitur.

¶. 25. הא pro הות scriptum extat.

¶. 27. כר יצף, ut in Ms. Col.

¶. 32. verbum *mundi* cum postremo deest.

¶. 33. extat והלין כלהין.

VII. 2. מתכיל.

¶ 3.



- ψ. 3. גאלא sine præfixo. Ceterum etiam
ψ. 4. Olaph inferitur voci.
ψ. 6. נדישון אנון.
ψ. 7. vtraque versio caret verbis *quaerite
et inuenietis*, in vtramque vero post inserta sunt.
ψ. 11. deest *magis*.
ψ. 13. vltima vox est ברה, vt in Ms. Col.
ψ. 14. abest אירא.

§. XIV.

VIII. 1. Secunda vox cum tertia lo-
cum permutat, addito in vtraque versione no-
mine Iesu.

- ψ. 7. abest *et*, sed initio
ψ. 8. additur.
ψ. 9. ponitur זל.
ψ. 15. singularis *ei* pro plurali, vt in Ms. Col.
ψ. 22. למיתה.
ψ. 25. defendit codex lectionem Ms. Co-
loniensis אעירוהי.
ψ. 26. ponit הו דין pro recepto *tum*.
ψ. 28. משכח.
ψ. 30. omittit verbum *autem*, et
IX. 1. vltimum *et*.
ψ. 3. habet אמירן.



- ψ. 4. *omissum autem* in margine adiicitur.
 ψ. 5. legitur קום.
 ψ. 11. אמרו.
 ψ. 15. נאתון.
 ψ. 18. in vtraque vers. desideratur pro-
 nomen *haec*.
 ψ. 21. legitur ראפן בלחור למאנה, ita-
 que Dolath, de vltimo verbo etiam in Ms. Col.
 detractum, iusto loco restituitur.
 ψ. 28. התון הרין tum כר אחת ישוע,
 post מרי.
 ψ. 30. למא לא pro לא.
 ψ. 33. לא.
 ψ. 37. מן סני.
 X. 3. abest *et tertium*, item
 ψ. 4. primum.
 ψ. 5. verbo *et dixit* additur להון.
 ψ. 6. *omittitur autem*.
 ψ. 7. legitur קרבת.
 ψ. 8. vtraque versio caret verbis *mortuos*
suscitate, approbante editione Vindobonensi.
 Inclusa autem est varietas indici erratorum
 typographicorum, non quod retractaretur,
 sed quod in illa lectione libri Syrorum a no-
 stris, i. e. græcis, Widmanstadio cognitis, et
 ver-



versione inprimis vulgata, discrepabant, vt diferte monet Widmanstadius in adiuncta Obtestatione ad lectorem. Neque etiam verba, prætermiffa quoque in vetere persica versione, profecta videntur ab ipso interprete, qui adiecturus erat sine dubio voculam *et*, quæ reliqua enunciata copulat, et in qua de suo addenda vniuerse, vt Ψ . 2 - 4, creber est vetus interpres.

Ψ . 13. legitur אנרין לא, vt in Ms. Col. quocum codex noster etiam

Ψ . 23. consentit in addendo verbo *autem*.

Ψ . 40. vltimum verbum cum duobus prægressis locum permutat.

Ψ . 42. ponitur וכל pro ומן.

XI. 4. רחוקן אנתון ושמעין.

Ψ . 7. על יוחנן לכנשא.

Ψ . 10. Primum vocabulum est הנו. Dolith in דהא negligitur.

Ψ . 11. legitur במלכותא דשמיא.

Ψ . 18. in fine בה.

Ψ . 19. ווחטיא.

Ψ . 20. vterque librarius, nam aliam versionem ab alio descriptam esse, ad calcem libri Ioannes quidam testatur, qui arabicam ver-



sionem descripsit, vterque igitur nomen Iesu prætermittit. Causa videtur in eo esse, quod, completa pagina, ad sequentem festinantes scribæ putarent, vocem omissam literis iam mandatam esse in extrema pagina, itaque novam a sequente voce inciperent. Idem Ioanni accidit Matth. VIII. 8. in vocabulo *intres*, alteri XIII. 54. in voce *sapientiae*. Quamquam erratum, post animaduersum, vterque correxit. Simili errore vterque ductus est X. 8, vbi alter vocabulum *sanate*, alter *agrotos* neglexit. Vtrumque post alius restituit.

XII. 4. codex habet לביתה, deinde omit-
tit אן.

ψ. 11. habet בחברא cum plerisque edi-
tionibus.

ψ. 18. רוחא.

ψ. 24. præfixum Beth omittitur. Sic ψ.
27, quamquam hoc loco id adscripsit non nemo.
Causa est in concursu duorum Beth.

ψ. 27. abest verbum *illa*.

ψ. 29. tertiæ voci quarta præponitur.

ψ. 31. ponitur מטלהרא, et pro ultimo
verbo לברנשא.

XIII. 3. דנזרוע.

ψ. 6. abest לה.

ψ. 11.



- Ψ. 11. scribitur ראזא.
- Ψ. 13. prætermittitur אף.
- Ψ. 14. extat נביותא.
- Ψ. 15. ועיניהון.
- Ψ. 18. דורועא. Quo modo ο σπρωξω et-
iam Ψ. 3. vertitur.
- Ψ. 23. מלתא, consentientibus vers. Ar.
& Ms. Col. Deinde ועבר et ויהב locum per-
mutant.
- Ψ. 33. אמר pro אמחל ponitur.
- Ψ. 35. תרמיתה, concinentibus editioni-
bus haud paucis.
- Ψ. 36. tertia vox secundæ præponitur.
- Ψ. 43. במלכותה legitur.
- Ψ. 51. quintum verbum cum sexto lo-
cum permutat.
- Ψ. 52. Nomen Jesu subiungitur verbis:
dicit illis.
- Ψ. 56. adiuuat codex noster lectionem
Ms. Col. quod addit *igitur.*
- XIV. 3. Cum eodem libro consentit in
lectione *enim.*
- Ψ. 4. deest pronomen *illi.*
- Ψ. 11. tertium verbum secundo præpo-
nitur.



Ψ. 12. vocula *et* initio ponitur, sed
 Ψ. 15. vltimo loco occurrens eadem negligitur.

Ψ. 22. penultima vox deest.

Ψ. 26. deest penultimum *et*. Sed hæc hæctenus.

§. XV.

Redeo ad fontes indicandos, e quibus variarum antiquæ versionis syriacæ lectionum cognitio hauriri possit. Atque in eorum numero ducendum quoque exemplum recentioris syriacæ versionis Ridleyyanum, quod, auctore Wetstenio Prol. p. 112, præter alia vtriusque versionis comparationem, in ipso recentioris contextu factam, continet. Obseruauit enim Wetstenius, ad verba, prætermissa in superiore versione, asteriscum, contraque ad ea, quæ in iuniore desint, sed extent in antiquiore, obelum solere apponi. Et apta omnino est obseruatio vulgati textus locis plurimis. Quoties igitur asterisco notata sunt verba, quæ hodie reperiuntur in syriacis exemplis, vel obelo, quæ non inueniuntur, toties vel erratum est, si non ab eo, qui versionem antiquiorem contendit cum recentiore, at a librario, vel



vel veteris versionis exemplum, cum recentiore comparatum, a nostris discrepavit. Itaque asterisci, a Wetstenio commemorati, multam coniecturam afferunt, certe non admodum incredibile videtur, eum, qui versionem antiquiorem contulit cum iuniore, in illius exemplo suo Matth. IX. 36. Marc. V. 40. nomen Jesu, item, verba *manum suam* Matth. XII. 13, etiam XIII. 29, valde XIX. 25, et *sponsæ* XXV. 1, igitur *¶*. 28. Marc. XII. 23. 37, e duobus Matth. XXVII. 21, *Jacobi* Marc. V. 37, dicens IX. 7, et *imposuit iis manum suam* X. 16, *pontifices et* XI. 27, *hic* XIII. 2, *paratum* XIV. 15, *autem* XVI. 14. non reperisse, nec nomina, in vulgari textu verbis *discipuli* Matth. XIII. 10, *dixit* XV. 16. XIX. 14, *retia* Marc. I. 19, *capere* II. 2, *peccata* IV. 12, *ignis* IX. 48. adiuncta, legisse. Vicissim, verbum *igitur* subiunctum in eius libro fuisse vocabulo *finite* Matth. XIII. 30, ex obelo verisimile fit. Tametsi enim in nonnullis locis vel auctor comparationis vel librarius vel Wetstenius peccare potuit, tamen, in ea re etiam codicum diversitatem valuisse, hoc probabilius est, quod varietas lectionis, ex illis signis illata, interdum



dum etiam alijs auctoritatibus firmatur, vt exempli Coloniensis Marc. V. 40, eiusque, ad quod interpolatus est (§. VIII.) Cant. codex, Marc. V. 37. XII. 37. Ceterum etiam in margine Ridleyani codicis excerpta reperiuntur e syriacis exemplis, quæ cum nostris non vbique consenserunt. Veluti auctor notæ ad Matth. XXVII. 35. clare profitetur, non inuenisse se in antiqua versione syriaca dictum prophetæ, a Matthæo vsurpatum.

§. XVI.

Proderit etiam variantium syriacæ antiquæ versionis lectionum collectori, factas ex ea versiones, in euangeliiis persicam antiquiorem, in Actis apostolorum et epistolis arabicam, ab Erpenio editam, consulere, In quo genere præclare laborarunt C. B. Michaelis in Tractat. de variis Lect. N. T. caute colligendis et diiudicandis §. 70 - 77. et Celeberr. Filius in Curis in Vers. Syr. Actuum Apost. Nos ad versionem syriacam recentiore progrediamur, quæ etiam in quæstionibus nonnullis, ad antiquiorem pertinentibus, lucem præferet (P. II. C. V.)

PARS II.



PARS II.

De versione syriaca recentiore.

§. XVII.

Quæ de versione N. T. syriaca posteriore habeo dicere, in quinque partes distribuam. Primum enim versionis historia breuiter tradenda est, deinde agendum de exemplaribus eius, quibus uti ad eam cognoscendam licuit, post eius indoles indaganda, tum codices æstimandi sunt, e quibus versio fluxit, postremo de vsu eius præcipiendum est.

CAPVT I.

De versionis historia.

§. XVIII.

Eorum, quæ ad versionis historiam pertinent, summam complectitur subscriptio codicis euangeliorum Parisiensis, deinceps describendi, quæ, de syriaco ad verbum latine
versa,



versa, hæc est: (absolutus liber) est liber qua-
 tuor euangelistarum sanctorum, qui versus est
 e lingua græca in syriacam cum diligentia
 multa et labore magno, initio quidem in Ma-
 bug, vrbe, anno DCCC et XIX. Alexandri
 Macedonis, tempore S. Philoxeni, Confesso-
 ris et episcopi illius vrbis. Collatus est autem
 postea cum cura multa mea Thomæ, pauperis,
 cum duobus exemplis græcis, valde probatis
 accuratisque, in Antonia Alexandriæ, vrbis
 magnæ, in cœnobio sancto Antonianorum,
 quippe vel apex eius (facit) ad vtilitatem ani-
 mæ meæ ægrotæ, omniumque eorum, qui
 cupiunt integritatem librorum sacrorum cog-
 noscere et conseruare. Iterum vero descri-
 ptus est et collatus eodem loco dicto, anno
 DCCCC et XXVII. Alexandri Indictione IV.
 Quanta autem opera et curâ fuerit mihi (posi-
 ta) in illo (euangelistarum libro) et coniunctis
 ei (libris sacris), Dominus solus nouit, qui
 paratus est retribuere cuius pro factis suis in
 iudicio suo iusto et recto, in quo (tamen) con-
 sentiet misericordiæ suæ. Amen. Ceterum
 de ipsa illa subscriptione mentio quoque facta
 est a Renaudotio, et inde porro ab aliis Viris
 doctis



doctis, vt C. B. Michaelis in Bengelii Tract.
de sinceritate N. T. Gr. tuenda p. 10.

§. XIX.

Fidem habet relatio hoc maiorem, quod non profecta est ab librario, sed ab ipso Thoma, qui versionem syriacam recentiore[m] tanquam criticus tractauit CVIII. post annis, quam edita fuerit, quem igitur accuratam eius notitiam habuisse, credibile est. Productam vero subscriptionem primum ab ipso Thoma suo codici subiunctam, tum in ductis de eo exemplis repetitam fuisse, patet ex eo, quod non modo loquens in ea Thomas inducitur, sed etiam plures libri in ea mirifice consentiunt. Comparatur v. c. cum libri Parisiensis subscriptione simillima, e Ridleyano codice (§. XV.) edita primum a Wetstenio Prol. p. 112, tum ab ipso Ven. Possessore in Diff. de syriacis N. F. versionibus p. 37. 41.

§. XX.

Constat igitur, euangeliorum hanc syriacam versionem prius, episcopo Mabugi, vel, quod idem sonat, Hierapoleos Philoxeno, A.
Alexan-



Alexandri Magni DCCCXIX, qui est Christi DVIII, de græco factam, dein cum codicibus græcis Alexandriæ denuo collatam esse a Thoma, extremo versionem, iam A. C. DVIII. confectam, vna cum excerptis a Thoma e codicibus, descriptam, et apographum ad versionis illius exemplum, in quod notas suas inferuerat Thomas, vel ad priores illos codices, quo maior excerptis fides esset, denuo collatos, exactum esse A. Alex. DCCCCXXVII, Christi DCXVI. Neque enim tertia hæc subscriptionis pars trahenda est ad nouam versionis contentionem cum aliis codicibus græcis, quos Thomas, qui vniuerse multus est in laudandis suis in versionem syriacam recentiore meritum, silentio non prætermisurus erat. Ceterum quæ de euangelii dicta sunt, etiam in alios N. T. libros valent. Id enim cum subscriptio, supra memorata, indicat, tum præterea in codice Ridleyano Actis et epistolis catholicis subiuncta eiusdem Thomæ narratio confirmat, quam legimus apud Wetstenium p. 112. 113. et Cel. Ridleyum. p. 41.

§. XXI.



§. XXI.

Sunt, qui versionem ipsi Philoxeno tribuunt, nixi fortasse codicum subscriptionibus, quæ eius mentionem facere solent, sed hactenus, ut, eius ætate et in Syria, in qua episcopi munere functus est, confectam esse versionem, tradant. Cetera temere ex iis inferuntur. Præterea Philoxenus illo tempore, quo versio facta est, longe aliis negotiis distentus fuit. v. Cel. Ridleyum p. 38. Itaque citius cum Wetstenio p. 113, Ridleyo p. 37. 38, aliis, quibus id Mosis Aghelæi auctoritas persuasit, pro probabili dicemus, Philoxeni hortatu ab eius Chorepiscopo, Polycarpo, versionem factam esse, quæ de reliquo, etsi non ab eo, quem auctorem habet sic, ut ab eo confecta sit, tamen ab eo, cuius suasu et auctoritate in lucem prolata est, Philoxenianæ nomen traxit, quomodo Biblia Polyglotta Antverpiensia, ab Aria Montano et aliis curata, Regiorum nomen inuenerunt a Philippo II. Hispaniarum rege, cuius decreto et auctoritate prodierunt. Post Heracleensis nominata est versio ex cognomine Thomæ, qui, cum Hierapoli, cuius episcopus fuerat, Alexandriam



driam se recepisset, in versione Philoxeniana recensenda et denuo edenda laborauit, quique cognominatus est ab Heraclea, patria sua. v. Ridleyum p. 42, qui vniuerse latius executus est versionis historiam Sect. X. XI.

§. XXII.

Itaque hanc versionem N. T. syriacam, seculo VI. factam, et sequenti a Thoma Hera- cleensi, (qui pauperem se appellat (§. XVIII.) more Orientalium, cui obsequentes v. g. Syri librarii solemne habent adiicere ad nomen suum verba מטכנא, חטיא, מחילא, quo postremo etiam Moses Meredinæus in N. T. Syr. Vindo- bonensi vti solet) cum codicibus græcis com- paratam, paullo quidem enucleatius descri- bere, animus est, sed memorabilia omnia, vel in iis versionis partibus, quas oculis ipse vsurpauit, occurrentia, promere, lectiones va- rias ordine recensere, Marci librum, vtpote qui breuissimus est, literarum formulis expri- mendum curare, longum est, tantoque mi- nus necessarium, cum de nobilissimis lectio- num varietatibus non facile frustra consula- mus Wetstenium (§. XXXIII.), et præterea eden-



edendæ de codice Ridleyano versionis vniuer-
sæ spem Angli fecerint. Prius autem viden-
dum de versionis exemplaribus, quam de ra-
tione eius vniuersa. Nam hæc ex illis cog-
noscenda est.

CAPVT II.

De versionis exemplaribus nonnullis.

§. XXIII.

Dicendi initium a codice Regio Parisiensi
ducam, qui in numero syriacorum, catalogo
comprehensorum, tertius et vicesimus est, li-
teris estrangelis, additis nonnunquam vocali-
bus, a Iosua quodam, Ioannis filio, scriptus,
complectens IV. euangelistarum scripta editio-
nis (librarius insit) Heracleensis, ad exitum
perductus in monasterio matris Dei, quod cog-
nominatum est hospitale, in monte sacro Edef-
sæ, patriarchis Antiochiæ Syriæ Domino Mi-
chaele, et Ægypti D. Ioanne, A. Alex. MDIII.
(Christi MCXCII.) vespera prima sabbati pri-
mi mensis Nisan. Ceterum multatus est folio,
quod continuit particulam loci Ioh. IV. 47.
verbaque, inter illam et V. 9. interiecta. La-
cerum

D

cerum



cerum est folium 207, quod habet partem capituli VIII. Ioannis. Folium 237, quod complectitur particulam loci XIX. 38, et quæ sequuntur V. 39 - XX. 13, aliquantulum transpositum est.

§. XXIV.

A fronte, ut fere mos est codicibus euangeliorum, collocantur tum Eusebii decem canones, ad harmoniam euangelistarum spectantes, tum usitata Syris publicæ euangeliorum lectionis ad singulos dies, præsertim sacros, accommodata distributio. Singula vero euangelia celeberrimorum κεφαλαίων tabula antecedit. Festi cuiusque significatio in ipso euangeliorum contextu partem, cuius lectio cuique assignata est, præcedere solet minio distincta. Quota quæque lectio sit in euangelio, de quo sumpta est, litera, in margine eodem modo addita, ut in editione Widmanstadii, docet. Numeros, Eusebii canonibus respondentem, margo item habet, ut in plerisque euangeliorum codicibus scriptis, etiam nonnullis editionibus. Sed capitum initiis, quæ vulgo solæ literæ designant; ipsis titulis in summa vel
ima



ima pagina locatis, in codice Parisino tum capituli, tum etiam summæ rerum contentarum, notatio, qualis est in capitum indice, singulis euangeliiis præponi solito, adiungitur in margine. Veluti ad Matth. II. 1. apponitur: קפ א מטל מגושא.

§. XXV.

Librarii manu variæ in margine notæ sunt, quas a Thoma Heracleensi profectas esse, credibile est. Certe nomina, quibus margo Matth. I. Luc. III. 23. fs. obruitur, diserte Heracleensia appellantur. Eorum vero hæc est ratio. Margo scribit אִיסַאק, אַברַאם, אִיעֻקוב, שולומון, quæ vox etiam Matth. VI. 29. in margine extat, אִיוֹנן, שומעון, cum contra textus veteris versionis rationem sequatur. Atque eius generis plura sunt, tum his locis, tum quoque aliis, vt Matth X. 2. דואבאראו, ψ. 29. באססאריו, XI. 21. כוראזי, XII. 39. דואכאריא ברה דבאראכיו, XXIII. 35. אִיוֹנא, XXVI. 2. 3. קיאִיפא et פאסכא, Marc. X. 46. טימאוס, XIV. 3. דנארדיא. Nonnunquam vero et textus et margo ab antiqua scribendi ratione syriaca discedunt, sed margo longius



vt VI. 27. in hoc est ספאקולאטורא, in textu ספוקלטורא. Cum autem omnia, e margine codicis prolata, nomina, quamquam careant inscriptione, pluribus, Matth. I. & Luc. III. coniunctis, addita, tamen instar horum ad græca manifesto accommodata sint, vix dubitari potest, quin eidem Thomæ, cuius rationem vniuersam redolent, attribuenda sint. Exhibet quoque margo tum explicationes verborum obscurorum, quibus Polycarpus vsus est, tum lectiones varias, quæ de codicibus, a Thoma collatis, ductæ videntur. Veluti Matth. XII. 20. ad explicandam vocem כתנא, qua græcum λινον in textu exprimitur, in margine est annotatio, quæ sonat hoc: כתנא ellychnium lucernæ vocat (interpres.) Variæ autem lectiones manifeste recensentur, cum Marc. X. 20. in margine additur: *qua re adhuc deficior?* XIV. 54. vox ignis pro voce lucis, quæ in textu est, ponitur. Luc. I. 29. ad verba *et cogitavit* in margine, vt libri Ridleyani, sic Parisini hæc adiiciuntur: *secum, dicens.* Nec prætereundus locus Ioh. XIII. 31-37. 26, qui inscribitur testamentum Domini. Nam XIII. 31. legitur in margine: *initium testamenti*



stamenti Domini nostri, et XVII. 26. absolutum est testamentum Domini nostri. Commemoranda denique vocabula, e græco textu sumpta in margine, vt μαμωνας Matth. VI. 24, vbi in textu **וְלִמְמוֹנָאִים** extat.

§. XXVI.

Sed reperiuntur etiam in margine complura, quæ, quod e manu colligo, idem possessor codicis scripsit, qui ad calcem, donauit, inquit, euangelium hoc S. Pater noster, D. Basilius, discipulo suo tenui, qui nomine vocatur Mosis. Literis vtitur nec estrangelis, quas tamen interdum in mediis aliis imitatione consequi frustra conatur, vt ad Marc. III. 16, nec bene pictis, plus iusto adsuetus arabicis, quas syriacis nonnumquam admiscet, v. g. ad I. 38. XIII. 34, etiam vocabula arabica ad syriaca textus verba, quibus illa respondent, adiungens, v. c. Matth. I. 20. XVI. 19. Sunt vero notæ varii generis. Magna pars non est nisi repetitio vocabulorum literarumue singularum, quæ in ipso textu occurrunt. Cuius rei causa videtur esse in scripturæ quadam obscuritate, nata ex eo, quod literas vocesque,

D 3

quæ



quæ madefactæ similemve iniuriam passæ nimis pallebant, ne prorsus tandem euanescerent, restituendas Moses ille duxit, vt in Matthæi Cap. XXVII, in loco Luc. IX. 33, in titulis capitulorum Lucæ 19. & 51, in antiquioribus (§. XXV.) notis Matth. X. 2. XXIII. 35, sæpiusque factum est, neque vero res illi vbique voto cessit. Itaque minus clare expressa in textu, cuius nimirum antiquos ductus omnes accurata imitatione exprimere difficile erat, præsertim homini, in faciendis literis estrangelis non versato, redintegrauit in margine, sua consueta scribendi ratione vsus. Velut Matth. XV. 33. in margine est redintegratio eorundem verborum ראיך הנא, quæ obscuriora sunt in textu, et Luc. XVII. 17. in restituenda voce איכננ, quam vitiose codex habet pro איכנ, litera Nun nimis arcte coaluit literæ Coph, ideoque vox in margine repetitur. Est quoque, vbi verba, quorum iterata pictura non venuste cecidit, in margine adeo vitiose scribuntur. Nam Luc. VI. 4. in textu scriptura verborum רסימות קרמא, dum restituitur, deformis est effecta, sed in margine etiam vitiose scribitur רסימות קרמא.

§. XXVII.



§. XXVII.

Aliæ notæ vim verborum declarant, vfurpatorum ab auctore versionis. Veluti Matth. XII. 4. לחמא דסימות קרמא dicuntur esse ii, דסימין הוו קרם אלהא. V. 5. in margine extat: דספיק. V. 40. דספיק valet *sine reprehensione*, & V. 40. דספיק significat (eum), *qui non occupatus est et constans in re diuina*. Marc. V. 23. in textu est: אחראית, in margine: ברתא דילי אחראית אית לה. *hoc vero (sonat) morbum extremum mortiferum*. Luc. IV. 23. in textu: פנטוס, in margine: *hoc est כבר*, quo vocabulo vtitur versio antiqua. Aliæ videntur lectiones varias indicare. Veluti Matth. VI. 1. in textu legitur: דמרחמנותא, in margine: במרחמנותכון. In dictum VIII. 23, quemadmodum vetus versio, item margo nomen *Jesu* addit. XII. 30. textus habet כנש, margo: *secundum Graecum מכנש*. XIV. 34. textus: לגאנניסארת, margo: לגנטרית. XXVI. 36. textus: גרסימן, margo: *Gr. גתסמן*. XXVII. 9. textus ponit *Sachariam*, margo *Jeremiam*, quod vtrumque contra accidit in libro Ridleyano, et Oxoniensis quoque textus, post commemorandus, *Jeremiam* præfert. Marc. II. 7. ad calcem verbum בלחור adiungendum,



et XII. 27. prius אלהא iterandum censet margo. XIV. 47. textus ponit ארנה, margo: *Gr.* ארנוניתה. XV. 7. textus: עברי סטאסיס, margo: *Gr.* אסטסין, sicut antiquæ versioni placet. Sed græco textui falso tribuitur lectio, nisi olim in codice quodam pro vocabulo *συστασισω* legebatur *πεποιστωσισω*. Luc. X. 13. in textu scriptum: בית צירא, in margine צאירא. XII. 18. verba: *et colligam omnes prouentus meos et bona mea*, quibus textus caret, in margine ponuntur. XIX. 29. in textu est: לבית פגא, in margine: פאגי. XX. 46. in textu: קרמיות, in margine: קרימות. XXII. 45. in textu: רמכין, in margine: רמיכין. Ioh. II. 1. quemadmodum in codice Ridleyano, eodem modo in Parisiensi addit margo, quæ sequuntur: *et vinum non fuit illis, propterea, quod absumentum erat vinum conuiuiale*. Atque ea extare dicuntur in exemplari postremo. Locum VII. 53- VIII. 11, vt antiquæ versionis pleraque exempla prætereunt, similiter recentior versio omittit, sed habet eum margo codicis, at paullo aliter, quam versionis antiquioris exemplar Vsserianum, e quo locus venit in editiones plures. Subiungitur brevis hæc



hæc relatio: hæc syntaxis non in omnibus exemplis reperitur. Reperit eam vero monachus, D. Paullus, eamque transtulit in syriacam linguam, quemadmodum scripta est hic in euangelio Joannis. Eiusdem loci versionem syriacam Maræ cuidam tribuit codex Barsalibæi (§. IX.) testibus Wetstenio ad Ioh. VII. 53. et Cel. Ridleyo p. 50. Et potest omnino ab alio alia versio confecta esse. Sed reuertamur ad codicis nostri marginem. Itaque Marc. III. 16, non dicam, quam vere, narrat, *Simonem fuisse e tribu Rubenis, Iacobum et Iohannem, filios Sebedæi, e tribu Isachari, Andream, quamuis fratrem Simonis, e tribu Sabulonis, Philippum e tribu Iosephi, Bartholomæum e tribu Simeonis, Matthæum e tribu Nephtali, Thomam e tribu Levi, Thadaeum e tribu Iudæ, Simonem Cananæum e tribu Ascheri.*

§. XXVIII.

Cum recolo mecum notas, modo (§. XXVII.) memoratas, earumque haud paucas prope accedere video ad similitudinem supra (§. XXV.) recensitarum, verisimile videtur, magnam earum partem Thomæ Heracleensi

D 5

deberi.



deberi. Accedit, quod vniuerse incredibile est, in codicibus, a Thoma collatis, nihil annotari dignum a Thoma obseruatum fuisse præter ea, quæ §. XXV. tradita sunt, multæque vetustiores notæ, quarum obscura vestigia passim restant, vt ad Matth. XI, potuerunt tam male habitæ et ita oblitteratæ esse, vt a Mose restitui (§. XXVI.) non possent, sed ex aliis codicibus, quorum etiam varietates non numquam, vt Luc. XX. 46. XXII. 45, exhiberi videntur, demum colligendæ essent et denuo scribendæ.

§. XXIX.

Scripturæ menda codex perpauca habet, nec tamen nulla. Velut Marc. VI. 14. vocem הוא repetit librarius, eiusdem, in extrema pagina prægressa positæ, immemor. XI. 6. אמר scribit pro plurali, similitque errore habet שרר Luc. XX. 11. Qui locus, similiter desinens, atque versus 10, omissus fuerat a librario, sed restitutus est ab eodem in margine. Ioh. VI. 63. desideratur verbum דאנא, quod codex Oxoniensis recte addit hoc modo: מלני הנני דאנא מללה לכון. Aliquoties librarius



rius ויין et ויאן permutauit, vt Matth. XXII. 5. posterius pro priori, contraque Matth. XX. 4. 7. 26. 27. Marc. X. 43. 44. prius pro posteriori posuit. Mosis erratum est, non librarii, quod Luc. XIII. 35. legitur: אמר אנא דילכון. Nam literæ Nun, interponendæ literis Iud et Lomad, at neglectæ a Mose, dum restituit obsoleta, reliquiæ quædam apparent.

§. XXX.

Longus fui in describendo codice Parisiensi, quo deinceps potissimum vti certum est, e quo etiam, nisi diserte prouocem ad aliam auctoritatem, quicquid de versione euangeliorum syriaca recentiore dicetur, haustum credi debet. Breuior ero in Oxoniensi euangeliorum codice, cuius mentionem facit catalogus bibliothecæ Bodlejanæ n. 1865. Scriptura non est estrangela, vocalibus plerumque destituta. De libri ætate, quæ, iudicata e scriptura, non valde vetus est, quid porro dicam, non habeo. Paucae sunt in margine notulæ, vt Marc. X. 46. eadem occurrit, quæ in libro Parisino (§. XXV.), & XV. 8. in textu quidem *hora tertia*, sed in margine *sexta* ponitur. In posteriore
notula



notula consentientem noster habet libri Ridleyani (§. XV.) marginem. In Ioannis euangelio multa loca male habita, sed restituta sunt. Negligentiæ absolui non potest librarius. Ut enim taceam correctiones, ab ipso sæpe adhibitas, errores non modo paruos multos, sed etiam magnos commisit, nec agnouit quidem. Veluti Luc. I. 37. in verbis: מטל דלא לא מציא לות אלהא כל מלתא voculam לא neglexit, itaque sensum turpissime peruertit. Frequenter inprimis lapsus est in homœoteleutis. Ex qua caussa deest v. g. in codice Ox. locus Marc. X. 25, item Ioh. VIII. 14. clausula versus hæc: *vos autem non nostis, unde veniam et quorsum eam.* Mittam lectionum, de euangeliis depromi solitarum, nec non capitulorum indices et similia (cf. §. XXIV.), comparationem vtriusque codicis, tum Oxoniensis, quem litera O. denotabit, tum Parisiensis Regii, quem litera P. distinguet, in quibusdam locis facturus, quo verius de vtriusque tum conuenientia, tum discrepantia existimari possit. Silentium pro consensu codicum accipiendum est. Ceterum facile intelligitur, me, cum scribo, codices ipsos non ad manum habere, itaque chartis
 meis



meis fidere debere, quas omnibus scripturæ vitiis non magis liberare audeo, quam vllum codicem scriptum, etsi confidam, aberrationem nec nimis frequentem fore, nec nimis magnam.

§. XXXI.

Primum specimen capiamus e primis duobus Matthæi capitibus, in quibus conferre etiam licebit fragmentum, supra (§. XII.) commemoratum, litera F. discernendum. Itaque

l. 6. 7. F. scribit שלימון, P. Iud omittit, O. habet שולומון.

ψ. 10. 11. O. solus transilit verba *Iosiam*, *Iosias autem genuit*, homœoteleuto deceptus.

ψ. 12. O. habet שלתאיל, F. secundæ et tertiæ literæ interferit Olaph, P. primum hanc, tum illam scribendi rationem sequitur.

ψ. 15. P. O. ponunt אליעזר, sed F. pro quarta litera Coph ponit. Deinde P. habet מתן, O. & F. Teth ante Thau inferentibus.

ψ. 16. P. O. דמתאמר, F. דמתקרא,

ψ. 18. O. solus verba: *desponsa enim Maria*, in extrema pagina posita, ineunte noua, vitiose repetit.

ψ. 19. P. F. habent איתוהי, O. איתו, post
O. F.



O. F. דמטושיא, P. Beth pro Mim ponente.

Ṣ. 20. P. F. אתרני, O. sequitur veterem versionem; tum P. O. ponunt למדבר, F. למסב, subiuncto tamen altero vocabulo; post O. איתו, P. F. vt Ṣ. 19.

Ṣ. 21. P. O. תאלרי, F. omittit Iud. Sic

Ṣ. 23. idem, consentiente O., in verbo תכטני. Deinde P. O. habent שמא דילה, F. imitatur versionem antiquiorem. Deinde P. F. עמנואיל, O. prætermittit Iud. Deinde P. F. דאיתו, O. הי addente. Deinde P. F. אלהא, O. אלהן.

Ṣ. 24. P. O. אין, O. איכנא.

Ṣ. 25. P. F. בוכרא. O. Waw et Coph transponit.

II. 1. P. O. בבית לחם, F. בבת לחם. Tum P. דיהוד, O. F. דיהודא. Deinde P. F. מגושא, O. מגוסא. Post P. לאורי שלם, O. & F. Iud negligentibus.

Ṣ. 2. P. O. כד אמרין, F. stat a partibus antiquæ versionis, qua præeunte, omittit etiam voculam הו, quam P. O. cum verbo דאתילר coniungunt. Deinde F. rursus cum antiqua versione consentit contra P. & O. qui habent כוכבא, et paullo ante דאיתו, ואתינן, et paullo ante דילה.

Ṣ. 3.



Ÿ. 3. P. F. initio addunt *et*, dissentiente O.
Ÿ. 5. in voce *Indaee* codices similiter inter se discrepant, vt Ÿ. 1.

Ÿ. 6. P. habet לאיסראיל, O. F. præfixum negligunt.

Ÿ. 7. P. F. habent בטושיא, O. Mim pro Beth ponit, sicut I. 19.

Ÿ. 8. in scribendo verbo *Bethlehem* F. a ceteris eodem modo differt, vt Ÿ. 1. Deinde O. solus verbo *dixit* adiungit pronomen *illis*, item, voculæ מא addit *et*, licet verbum *antem*, quod subiungunt P. F., pariter habeat. Idem omittit איכנא, quod in ceteris præpocnitur vocabulo ראף.

Ÿ. 9. in P. est רא יתוהי הוא, sed in F. posterior vox negligitur, et in O. prior isto modo scribitur, vt I. 19.

Ÿ. 10. P. habet חואוהי, sed in O. & F. est Waw duplex. Deinde P. F. ponunt סגי, (gaudium magnum) *valde*, O. vero סגויא, (gaudium magnum) *vehemens*.

Ÿ. 11. P. O. חואוהי, F. caret litera Olaph et altero Waw. Verbo *obtulere* solus O. adiiicit *et*.

Ÿ. 12. F. habet אחרתיא, sed Iud in ceteris abest.

Ÿ. 13.



Ṿ. 13. solum F. verbo עתיד subiungit הו.

Ṿ. 14. O. F. habent ולאמא, sed in P. præfixum Lomad negligitur.

Ṿ. 15. O. ואיתו, quæ vox in ceteris, vt I. 19, scribitur. Idem codex habet הו דאתאמרת, correctus a reliquis, in quibus est הו. Solet nimirum recentior interpres neutrum, vt τοσηθεν, feminino exprimere.

Ṿ. 16. P. habet שניא, O. שנין, dein P. הוא, sed O. pro posteriore vocula ponit זכנא הו.

Ṿ. 18. in P. est *Rachel*, in O. quia *Rachel*, item, in P. צביא הות למחביאיו, sed in O. secunda vox abest cum tertiæ Iud posteriori.

Ṿ. 20. 21. P. habet דאיסריל: O. literis Risch et Iud interponit Olaph.

Ṿ. 23. P. caret vocabulo דמתקרויא, quod contra habet O.

§. XXXII.

Alterum specimen ex Marci capite postremo petam. Habet igitur

Ṿ. 1. P. איכנא דנאתין, sed O. priori verbo destituitur.

Ṿ. 2. P. בצפרא דחר דשנא, O. בצפרא דין דשבת.

Ṿ. 3.



¶ 3. 4. P. verbo ערגל, O. verbo עגל
vtitur.

¶ 4. P. habet סגי, O. סגיא.

¶ 5. P. חוי, O. חרי.

¶ 7. P. ולפטרס, O. inferit Olaph ante
Teth.

¶ 8. P. רחלין, O. רחילן.

¶ 9. O. Dolath in דשבתא, et

¶ 10. idem præfixum in די דכר omittit.

Sed

¶ 11. vocabulo ואחחוי id indit.

¶ 14. P. habet לאחריותא דין לחרעסר כר
אחריותא דין כר סמיכין לחרעסר, O. סמיכין

¶ 15. O. pro præfixo Lomad in לכלה
ponit Beth, sicut vetus versio.

¶ 17. P. דיוא, O. דיון.

¶ 18. initio P. vocabulum איריא copu-
lat cum præfixis Waw et Beth, quæ defunt in
O. Deinde habet נאכא, sed O. כאכא. Cete-
rum, quia initio ¶ 18. *manuum* nec in ver-
sione syriaca antiquiore, nec in recepto græco
textu mentio fit, admonendus est lector de
consensu versionis recentioris cum codicibus
Cant. et Colb. 8, qui initio versus addunt και
εχ ταις χερσιν.

E

¶ 19.



ψ. 19. P. habet להון, O. עמהון.

ψ. 20. O. negligit verba *Domino auxiliante*, et הלין ponit pro הנין in verbis: ביר אהותא הנין דנקפן הוי.

Paucula, quia longus esse nolo, e Luca et Ioanne sumam. Itaque Luc. VI. 1-11. hoc inter se differunt codices:

ψ. 2. 9. P. בשבא, O. בשבת.

ψ. 4. P. אלא אן, O. posteriore vocula caret.

ψ. 6. P. ונלף, O. ונאלף הוא.

ψ. 8. P. לברנשא להו, O. posterius Lomad omittit.

Ioh. I. 1-9. alter cum altero hoc differt:

ψ. 7. O. negligit איכנא, quod verbo רכלהון præponit P.

Atque his paucis speciminibus constare potest tum de varietate lectionis, quam versio syriaca recentior cum omnibus scriptis communem habet, tum etiam de præstantia codicis Parisiensis Regii, ad quem Oxoniensis plerumque corrigendus est.

§. XXXIII.

Vtrique vero palmam eripere videtur Ridleyanus codex, non quidem mutilus ille euange-



euangeliorum, tum Marci toto scripto, tum magna parte euangeliorum Lucæ et Matthæi multatus, quem Barfalibæi codicem (§. IX.) vocat Cel. possessor, et cuius rationem vniuersam ipse latius exponit p. 49. fs, sed notior alter (§. XV.), superior certe multitudine cum librorum sacrorum, quippe præter Apocalypsin et epistolæ ad Hebræos partem vltimam (c. XI. 27. fs.) vniuersum N. T. complectitur, tum præterea notarum, quas eius margo continet. De quo exemplo qui accuratius volet cognoscere, ei adeundi sunt Wetstenius Prol. p. 112. f. et Ridleyus Sect. XIII.. Dum ab Anglis promissa editio prodeat, a Wetstenio e codice hoc Ridleyano excerpta potissimum sequenda sunt. Habet autem ea ratio cautionem hanc, vt vniuerse Wetstenio non nimis confidamus, inprimis vero, ne, vbi versionis posterioris nullum dissensum memorat, continuo pro libri Ridleyani consensu interpretemur. Nam breuitas temporis, quod, Ridleyo auctore p. 63, in conferendo codice posuit, non fuit eum accurate in ea re versari. Itaque non admodum mirandum est, Virum doctum et errasse interdum, et maxime in le-



tionibus silentio prætereundis peccasse, nec tam de ceteris, quam de iis potissime locis sollicitum fuisse, in quibus celebrem lectionis varietatem esse, prius habebat cognitum. Ex priori genere forte est, quod Matth. XXV. 29. versioni posteriori tribuit lectionem *quod videtur habere*, bene omnino, si codicem vel Parisinum vel Oxoniensem secutus fuisset, sed falso, quod auctoritate Ridleyani nititur, quem potius *quod habet* ponere, Cel. Ridleyus l. c. testis est. Posterius ita se habere, ut Ridleyanum codicem ipse non inspexerim, Cel. possessori p. 75. hoc facilius credo, quo plures, in codice Parisiensi repertas, lectiones, etiam proprias versionis syriacæ ætate posteriori, igitur tanto magis commemorandas, silentio prætermittas a Wetstenio vidi. Etsi enim facile perspicio, non omnes Parisiensis exempli lectiones statim cum Ridleyano communicandas esse, tamen in uniuersa illa lectionum copia nullas paucasue utriusque libro communes esse, nullo modo credibile est. Dabo aliquam multa lectionum, quæ propriæ sunt versionis posterioris, at neglectæ a Wetstenio, specimina, sed specimina, non plenam enumerationem.

§. XXXIV.



§. XXXIV.

Itaque codex Parisiensis

Matth. I. 18. verbum *Maria* præponit
verbis *matre eius*.

V. 3. habet *beati sunt*.

IX. 30. verbis *et aperti sunt oculi eorum*
fubiungit ואתחיל להון, et pro sequente vocula
et ponit tum.

X. 10. habet *μη duo*.

XIII. 3. omittit verbum *illis*.

Ψ. 20. habet *sermonem meum*.

Ψ. 22. ο δε επι τας.

Ψ. 44. παλιν δε.

XIV. 4. initio addit *et*.

XVI. 21. caret vocula *απο*, a qua locus
incipit.

Ψ. 23. omittit voculam *τα* posteriorem.
Certe recentior interpres accuratius antiquo
eam exprimit, quotiescunque in suo codice
eandem reperit, vt paullo ante et XXII. 21.

XVII. 21. ponit *enim* pro *autem*.

XVIII. 35. *quisque vestrum*.

XXI. 5. *dic* pro *dicite*. Quamquam for-
tasse codicis vitium est, cuius similia occur-
rerunt §. XXIX.



Ψ. 19. *ficus illa.*

Ψ. 21. *και γενησεται.*

XXII. 7. *ενεπρησαν*, nisi forte interpres singularem quidem numerum in græco codice suo habuit, sed pendere eum putavit ex vocabulo *σρατευματα.*

XXIII. 10. *εκλειθησαν αι θυραι.*

Ψ. 26, sicut Ψ. 24, *οθεν εκ pro οπη εκ.*

XXVI. 31. *gregis eius.*

Ψ. 40. praetermittit verbum *mecum*, nec non

XXVII. 1. *verba et seniores.*

Ψ. 41. habet *ενεπαιζον — λεγοντες.*

Marc. I. 6. *και ην εδιδων.*

II. 6. *τινες εκει των γραμματεων.*

Ψ. 21. *et prehenderunt*, consentiente vno comitis de Winchelsea codice, qui versionis recentioris imitator esse solet, v. Wetstenii Prol. p. 58.

IV. 10. *περι της παραβολης.*

Ψ. 35. caret vocula *et.*

VII. 35. habet *ei aures.*

VIII. 9. omittit *verba et dimisit eos.*

Ψ. 17. habet *και την.*

X. 10. caret voce *et.*

XI. 9.



- XI. 9. *habet οι οπισω αυτη ακολουθουντες.*
Ψ. 10. *εν ονοματι κυριε βασιλεια.*
XIII. 12. *pascha, ut edas, imitante co-*
dice Winchelseano.
Ψ. 47. *των αρχιερεων.*
XVI. 9. *πρωι μιας σαββατη.*
Luc. V. 19. *δωμα εκ της σεγης των κεραι-*
μιδων (ατιμακρη) καθηκαν.
VI. 8. *την ματαιοτητα των διαλογισμων,*
et similiter XI, 17. την ματαιοτητα των δια-
νοηματων.
VII. 41. *ait ei: duo.*
VIII. 33. *grex ille.*
IX. 3. *μη ραβδον, μη πησαν, μητε.*
Ψ. 33. *και καλον.*
XI. 44. *τοις γραμματευσι.*
XIV. 3. *initio caret vocula et.*
XVII. 34. *omittit eandem.*
XXII. 18. *habet πω ετι απο.*
Ψ. 36. *abest νυν.*
XXIV. 12. *habet προς το μνημειον.*
Io. I. 40. *et venerunt.*
III. 12. *ponit קבלת pro πισευσετε.*
VI. 39. *et pro ut.*



XV. 6. *proiicietur foras et arescet, sicut palmites, quos colligunt et.*

XVI. 15. *annunciat.*

§. XXXV.

Adiungam aliquas de lectionibus, quæ utrique versioni syriacæ communes, sed harum versionum priuatæ, neque tamen a Wetstenio commemoratæ sunt. Igitur Matth. IX. 13. *abest autem*, XX. 22. *extat baptizabimini*, XXVII. 7. *peregrinorum*, Marc. XIV. 54. *ο δε πετρος*, Ioh. XVIII. 20. *populo pro κοσμο*. Neque vero magnopere mirandum est, non perfecte absolutam esse operam, in excerpendo Ridleyano codice positam a Wetstenio, qui in alias quoque Virorum artis criticæ peritissimorum reprehensiones incurrit. Nam in variis rebus castigatus est a Celeberrimo Ernesti, et de versione in primis syriaca antiquiore paullo minus diligenter collata merito accusatus in Celeberrimi Michaelis Curis in *vers. syr. Act.* etiam similis in codicibus græcis excerpendis negligentia non iniuria suspectus. Quamquam enim Coislinianos codices, qua potuerit, diligentia contulisse se ait Prol. p. 50, tamen
in



in Coisliniano 199, qui etiam Apocalypsin complectitur, eo maiore diligentia dignam, quo pauciores eam habent codices, itaque in hoc Apocalypseos exemplo, quod Wetstenius nota 17. designat, complures lectiones reperiuntur, quas Wetstenius vel plane tacitus præterit, vel certe codici 17. tribuere negligit. Ex iis paucas, quia res non attingit principale institutum nostrum, afferam. Habet igitur codex 17. Apoc. I. 2. οσα. Ὡ. 4. απο θεσ οων — και ερχομενος — α ενωπιον. Ὡ. 10. φωνην οπισω με μεγαλην. Ὡ. 16. χειρι αυτη. Ὡ. 17. λεγων μη. Ὡ. 18. τη θανατη και τη αδη. Ὡ. 19. γενεθαι. II. 2. κοπον και — λεγοντας εαυτησ αποστολησ ειναι. Ὡ. 4. αλλα. Ὡ. 5. μη μετανοησεισ. Ὡ. 7. δωσω φαγειν. Ὡ. 10. ο διαβολοσ εξ υμων. III. 9. οτι ηγαπησα σε. Ὡ. 14. της εν λαοδικεια γραψον εκκλησιασ. Ὡ. 16. και ρητος ετε ψυχροσ. Ὡ. 20. και εισελευσομαι. IV. 8. οων και οην. Neque profecto in illa hominum imbecillitate diligentissimus variarum lectionum collector est, qui liber est a lapsibus, sed qui minimis vrgetur et paucissimis. Nam in describendis, multoque magis in conferendis codicibus, quæ nimirum ratio in plures



partes intensam aciem requirit, eorundem lapsuum periculo se committit, quos nemo librarius, ne diligentissimis quidem exceptis, vitare omnino potuit. Accedit, quod, cum vniuerse sit difficile, in molestis eiusmodi & plerumque longis laboribus continere se ab omni festinatione, et, quæ exinde nascitur, infida, cum iam laboribus obtundi cœperunt ingenium et oculi, assiduitate, tum vero maxime difficile et propemodum impossibile est in latissimo, quod Wetstenius habuit, proposito.

§. XXXVI.

Ceterum, vt ad id, vnde digressi sumus, reuertamur, Wetstenii opera, in Ridleyyanum codicem impensa, quamuis non omnibus numeris absoluta, attamen doctis Viris grata esse debet. Neque enim ad nullam partem utilis est, sed in iis, quæ diserte scripta sunt, plerumque certa, in reliquis non sine vlla exceptione fallax. Nam exempli Ridleyyani consensum cum lectione Wetsteniani contextus suspicari licet, vbi nullum textus, at marginis, exempli Ridleyyani dissensum notat, itaque in hanc certe lectionem paullo studiosius inqui-



inquisivisse credi potest Wetstenius. Quæ vero non nituntur singulis eius observationibus, sed e pluribus coniunctis duci possunt, argumenta hoc firmiora sunt, quod, si forte erratum sit in vna et altera observatione, de vniuersa earum copia supersunt certe aliæ, quæ plus firmitati habent ac roboris. Atque ad hunc modum probare conabor, exemplar Ridleyanum, litera R. significandum, a Parisino sæpe diffidere, adhibito nonnunquam etiam Oxoniensi codice. Neque enim, quam hic quoque loco sequatur lectionem, pro certo scio, siquidem eius selecta tantum loca consului, cum contra Parisini alteram partem, quæ Matthæi & Marci euangelia continet, integram descripserim, per alteram similiter, atque per vniuersum codicem Oxoniensem, vagatus. Habet igitur

Matth. IV. 8. P. *mundi*, sed R. *terræ*.

Ÿ. 18. R. O. *dictum Petrum*, P. *Petrum*.

V. 16. P. *opera vestra bona*, R. *bona*.

Ÿ. 48. R. *pater vester in coelo*, P. *pater vester coelestis*.

VI. 18. R. P. *tibi*, O. addit *εν τω φανερω*.

VIII, 18. P. *iussit*, R. addit *discipulos*.

IX. 17.



- IX. 17. R. caret toto versu, qui vero est in P.
- X. 10. R. habet *baculos*, P. *baculum*.
- Ψ. 37. R. codex prætermittit verba *et diligens filium aut filiam ante me, non est me dignus*. Qui vero scripsit P. librum, non passus est induci se ab homœoteleuto in errorem.
- XI. 10. P. habet *qui præparabit*, R. *et præparabit*.
- Ψ. 18. P. *enim*, R. adiungit *ad vos*.
- XII. 39. R. omittit verbum *mala*, quod conseruat P.
- XIV. 1. P. habet *Iesu*, R. *Christi*.
- XV. 7. R. vocem *Esaiaæ*, quæ in P. reperitur, tacitam præterit.
- Ψ. 16. R. *dixit iis*, P. *dixit ei*.
- XVI. 28. P. O. *regno*, R. *magnificentia*.
- XVII. 27. R. *enim*, P. O. *autem*.
- XVIII. 8. in R. desiderantur verba *in ignem æternum*, quæ contra inueniuntur in P.
- Ψ. 14. R. ponit *ημων*, P. *μου*.
- Ψ. 19. R. *αμην δε*, P. O. *παλιν δε*.
- XXII. 21. R. destituitur vocula *tum*, quam contra P. habet.
- XXIII. 20. R. ponit absurde *per donum*, quod vocabulum, Ψ. 19. occurrens, librarii animo



animo paullo nimium diu obuersabatur. Me-
lius P. *per altare*.

Ψ. 25. R. P. της παροψιδος τῶ πινακος, sed
O. prius verbum quarto casu ponit. Eadem
casus varietas

Ψ. 26. obseruatur, et præterea in R. po-
sterius verbum cum priori copulat vocula *et*.

Ψ. 33. P. habet *effugietis*, R. *poteritis ef-
fugere*. Deinde P. γεεννης, R. μελλεσης.

XXIV. 45. R. *domum*, P. *domesticos pro
seruitio* ponunt, paulloque post R. habet *tem-
pore suo*, P. *tempore*.

XXV. 16. R. *lucratus est*, P. εποιησεν.

XXVI. 25. R. omittit verba *Rabbi? ait
ei*, dissentiente P.

Ψ. 38. P. O. habent *illis*, R. adiungit no-
men Iesu.

Ψ. 42. R. transit silentio verba *απ' εμῶ*,
quæ exprimit P.

XXVII. 28. P. habet *eum*, R. addit *ve-
stibus suis*.

Ψ. 41. O. habet *senioribus*, R. P. adii-
ciunt *et Pharisæis*.

Marc. I. 8. R. πνευματι και πυρι, P. πνευ-
ματι αγιω και εν πυρι.

Ψ. 14.



Ÿ. 14. R. caret voce *regni*, quam exhibet P.

II. 15. P. habet *et peccatores*, nec vero R.

III. 15. in R. scriptum extat *omnes morbos*, in P. *morbos*.

Ÿ. 27. in R. *nemo*, in P. *et nemo*.

IV. 28. R. negligit *enim*, quod legitur in P.

V. 11. P. habet *erat autem*, R. *erat*.

Ÿ. 26. incipit in P. ab *et*, in R. a pronomine *quae*.

Ÿ. 34. R. nomen *Iesu* adiungit ad voculam *de*, refragante P.

VI. 16. R. habet *hic suscitatus est*, P. O. *hic est; ille suscitatus est*.

Ÿ. 55. P. *et percurrentes*, sed codicem R. verba deficiunt.

VII. 9. P. habet *Dei*, non item R.

VIII. 10. R. *venere*, P. *venit*.

IX. 38. R. *respondit*, P. *respondit autem*.

XI. 28. R. *aut quis*, P. *et quis*.

XII. 17. R. *tribuite igitur*, P. *tribuite*.

Ÿ. 32. R. *vnus est*, P. O. *Deus vnus est*.

XIII. 9. R. *in synagogis eorum*, P. *in synagogis*.

XIV. 3. R. *domi leprosi*. Rectius P. *domi Simonis leprosi*. Ÿ. 40.



Ÿ. 40. codex R. omittit, contradicentibus P. & O, verbum *oculi*, manifestus vitii scripturæ.

Addi possunt ad hæc specimina, e Wetstenio collecta, codicis Ridleyani varietates nonnullæ, quas apud Cel. possessorem ipsum legimus p. 49. 59. 61. Habet igitur

Matth. X. 3. R. להבבהאוס הו דאתקרי, P. תאודהאוס, O. vero primum Beth et postremum Olaph, quibus P. utitur, omittit.

XXV. 17. in R. est *similiter et*, in P. O. *similiter autem et*.

Luc. IV. 5. R. O. *diabolus*, P. *Satanas*.

§. XXXVII.

Veniamus ad libri Ridleyani marginem, quem multas Thomæ Heracleensis notas continere, in promptu est, sed multæ quoque alios videntur auctores habere, et paullatim prioribus adiunctæ esse ab librariis et possessoribus superiorum codicum. Nam comparatio utriusque versionis syriacæ, tum ea, quæ inserta in contextu est (§. XV.), tum quæ facta est in margine, qui sæpenumero, ut Matth. XXVIII. 5. Marc. VIII. 17, iterat, quod iam asteriscus,
in



in contextu positus, docuit, id quod indicio esse videtur, diuerfos vtriusque comparationis auctores fuisse, neutra igitur comparatio a Thoma profecta est, qui hunc non nullum laborem inter ceteros (§. XVIII.) enumerare non omisurus erat, neque etiam duos codices græcos iactaturus, si pluribus fuisset vsus, vt vsus est, qui v. g. notas ad Matth. XXVIII. 5. Marc. XI. 10. scripsit. Sunt quidem Italici codices, qui subscriptionem, supra (§. XVIII.) commemoratam, simillime, atque Parisinus et Ridleyanus, exhibent, vbi discefferis a numero codicum græcorum, quem ternarium constituunt. v. Io. Lamium de eruditione apostolorum. p. 300. Sed fortassis Thomæ subscriptio hac ex parte mutata est a nonnemine, qui verba eius hæc: *iterum vero descriptus est et collatus* de collato tertio codice græco capienda putauit, quem vero sensum nulla necessitas flagitat (§. XX.) Vtcunque sit, alia certe argumenta superant, quæ non sinunt mutare sententiam. Veluti margo Ridleyani codicis Act. IV. 30. de pluribus exemplis mentionem facit, cum, vno se in Actis recensendis vsum esse, Thomas in subscriptione profiteatur. v. Cel. Ridleyum p. 41.

48.



48. Sed satis multa de recentioris syriacæ versionis codicibus quibusdam scriptis dicta sunt. Extant quidem complures alii, quorum indicem suæ Dissertationi inclusit Cel. Ridleyus Sect. XII. Verum, cum nondum sint collati, nobis non possunt esse ^vsvui. Progrediamur igitur ad cognoscendam versionis indolem.

CAPVT III.

De versionis indole.

§. XXXVIII.

Non tantum de græco, verum etiam ad verbum de eo expressam esse versionem syriacam recentiore, dudum constat auctoritatibus eorum, qui versionem inspexerunt, ut Cel. Ridleyi p. 39. et Pocockii, qui huius versionis editionem qua euangelia iam in animo habuit. v. Præf. in Petri II, Ioannis II, III. & Iudæ epistolas. Sed gratum forte iis, quibus codicum adeundorum non est copia, exemplis, cum pauca prolata sint a Ridleyo l. c, largius proponendis faciam. Valebit id ad tollendam, quam sæpe tum supra (§. XXXIV. XXXVI.) tum a Wetstenio excerpta habere videbuntur,

F

dubi-



dubitationem. Nam persæpe fit, vt, quo pacto verborum syriacorum lector internoscere potuerit, quid interpretes in græco suo codice legerit, intellectu sit difficile, vbi, verbum de verbo interpretem exprimere solere, vniuerse quidem cognoueris, at, quibus proprie modis consecutus sit, quod voluit, an igitur hoc etiam, quo quæstio extitit, loco perficere potuerit, quod vniuerse voluit, perspectum non habueris.

§. XXXIX.

Itaque articulum, cuius rara sunt in antiqua versione vestigia, recentior interpretes multo frequentius expressit, vsus ad eum finem pronomibus הו, הי, אנון, הלין. Deinde non satis habuit, verborum græcorum sensum tenuisse, sed etiam de significando, quod proprie in græco suo codice habuit, vocabulo mirifice sollicitus fuit. Vnde factum est, vt complurimas græci textus voces, a quarum vsu vetus interpretes abstinuit, recentior contra vel omnino retineret, ex quo genere sunt e. g. verba ארא αρα, אנוכסא ευνοχος, גוניה γωνια, זוני, זונאס ζωνη, ζωνας, מאללון μαλλον, מודיא modios



μοδιος, מורון *μυρον*, νομικα *νομικος*, פרגל *πα-*
ρηγγειλε, פולאקטיריא *περιχωρος*, פאריכוריא
φυλακτηριον, קינסון *κησους*, קיטוס *κητος*, תיקא
θηκη, vel quoad potuit, velut *αγγαρευειν* alias
vertit דבר אנגאריא, alias pro priori verbo po-
nit לכך, *βαρυτιμον* יקיר טימאא, *πολυτιμον*
autem שפיר אסכימא *ευχημονα*, et *ευσχημονα*
interpretatur. Quamquam interdum etiam
recentior versio syriacas voces ponit pro græ-
cis, in antiquiore conseruatis, vt Marc. VI.
21. illa habet רישי אלפיא.

§. XL.

Cum vero iunior interpres syriacis voca-
bulis vtitur, id nihilo minus operam dat, vt
græcis quam accuratissime respondeant, etiam
in iis, quæ verborum significationem non ad-
ficiunt. Proferam eiusmodi verborum syria-
corum, græcis etiam etymologia formaque
vniuersa conuenientium, specimina quædam.
Igitur recentior interpres *απισιαν* Marc. XVI.
14. vertit שפירות *ευσδοκיא*, ללל *הימנותא*,
תשמשתא *εφημερια* (cf. Ridleyum p. 49.), צבינא
דיוםתא *ιχθυα*, נונוסא *ιχθυα* voce
נונין *πλοιαριον*, אלפוניתא *πλοιον* voce
אלפא,



לא אפא, αφοβως לחולתנאית, αναλον לא
 ארעניתא, επιγεια, סקובליא, εναντιος, מלחיתא,
 לחודי עינא, μονοφθαλμον, דממורן, εσμυρνισμενον,
 שמינא, ουρανιον, ביתיא, οικιακας, רחיתא, μυλικον.
 Similiter adiectivum קרישא genitiuo substan-
 tantiui præferre solet de more græci textus,
 et *beatum* appellat טובתנא, modo verbi, qui
 in græco est, conseruato, quod secus fit in an-
 tiqua versione, quæ numeros quoque, cum
 v. g. in græco textu pluralis ponitur pro singu-
 lari, permutat, quod vero dubitat imitari po-
 sterior interpres. Nam dicit v. c. Matth. XXVIII.
 12. כספא דספקין, et σαββατον quidem שבתא,
 at σαββατα שבא, pro quo vocabulo plurali
 Oxoniensis codex nonnunquam vitiose ponit
 singulare שבת (§. XXXII), interpretari solet,
 etiam præpositiones, quæ verbis simplicibus
 græcis accedunt, curiose exprimens. Velut
 Luc. XV. 24. 32. ανεζησε vertit מנדריש חיא,
 αντικαλεσωσι XIV. 12. נפנון נקרון, οι αντιλε-
 γοντες XX. 27. דסקובלאית אמרין, αποκοψου
 αυτην Marc. IX. 43. 45. פסוקיה מנך, ησαν γαρ
 εκφοβοι ψ. 6. איתיהון הו גיר מן דחלתא, επι-
 γραφη XII. 16. כתבא דעלוהי, προαυλιον XIV.
 68. קדם דרתא, μη προμελεταν Luc. XXI.



14. ולא תקדמון תתהגון. και προσελθοντες Matth.
XVI. 1. וכד קרבו לותה. και προσκαλεσαμενος
X. 1. וכד קרא לותה. συγκαλυσιν Marc. XV.
16. קרין אכחדא. προς εαυτας συζητηντες IX. 10.
לותהון כד בעין הוּ אכחדא. συντηθενται Matth.
IX. 17. אכחדא מתנטרין. Neque vero inter-
pres animaduertisse videtur, nimiam hanc di-
ligentiam lectorum commodis, quibus confu-
lere voluit, sæpenumero officere posse. Ne-
que enim, vt his exemplis vtar, intelligi pot-
est, an is in suo codice Matth. XV. 12. XX.
25. voces αυτω, προς εαυτον habuerit, nec ne,
propterea, quod ad exprimendam præposi-
tionem in verbis προσελθοντες, προσκαλεσαμε-
νος, vocabulum לותה addidisse existimandus
est, siue illas voces in græci textus exemplo
suo repererit, siue non. Quamquam alias
contra antiquæ versionis consuetudinem pro-
nomina de suo non facile addit, sed, vt hoc
vtar, verbum מריא solemne habet, sicut vetus
versio מרן. Ceterum temporis quoque indi-
cem verborum formam, quæ in græco est,
multo diligentius conseruat, quam superior
interpres, qui v. c. Matth. II. 13. 19. IV. 5. 8.
in verbis φαίνεται, ιησιν, δεικνυσιν præteri-
tum



tum pro præfenti ponit, cum contra recentior participio vtatur, quod de consuetudine syriaca idem, et præfens, valere, notissimum est. In retinendis item græci textus participiis, ceteraque verborum forma, prisca versione recentior accuratius versatur. Veluti Marc. XII. 28, verbum pro verbo reddit: — וכר קרב — כר שמע אנון דבעין אכחדא כר חזא דטבאית פני להון שאלה, et βαλλεσθαι, pro quo antiquior interpres ponere solet נפל, v. c. Matth. III. 10. interpretari mauult מתרמא, nimirum vt passiuæ vocis forma, quæ in græco est, hoc facilius agnoscat. In eodem illo vniuersæ græcorum verborum formæ conseruandæ studio causa inest, quare interdum, vt Matth. XIX. 16. איכנא דאהוא אית לי חיא, Marc. IX. 50. XI. 22. הויתון אית בכון מלחא (הימנותא), vocem אית cum verbo הוא isto inusitato modo coniunxerit.

§. XLI.

Memorandus porro, qui a Polycarpo tenetur, syriacorum, quæ eandem vim habent, verborum delectus, haud dubie ad distinguendas, quibus illa respondent, græcas voces, eandem significationem habentes, adhibitus.

Veluti



Veluti ανθρωπον ברנשא, ανδρα גברא; διαβολον
אכלקרא vel מרמינא, σαταναν סטנא; οικουμένην
מתעמרנותא, γην ארעא; αγαπαν חבא,
φιλειν חרר; καλειν & λεγειν, cum vnum fo-
nant, primum קרא, alterum אמר vertere so-
let, cum contra vetus interpres promiscue di-
cat pro ανθρωπω ברנשא & גברא, pro διαβολω
אכלקרא & סטנא, pro οικουμένην & γην ארעא,
pro φιλειν & αγαπαν חרר, pro καλειν & λεγειν
אמר, interdum etiam, v. c. Luc. VII. 11, *cui
nomen est*, qua vero dicendi formula recentior
interpres non vtitur, nisi ubi similem in græco
textu inuenerit. Græcas item voces, quæ
vim diuersam obtinent, sed in prisca versione
vno syriaco vocabulo, nimirum cui plures si-
gnificationes consuetudo tribuit, exprimi so-
lent, diuersis etiam syriacis verbis significat.
Velut apud antiquum interpretem inuenimus
קרב pro απτεδαι positum et pro προσερχεδαι,
שרבחה pro γενεα & φυλη, אשכחא pro δυναδαι
& ευρισκειν, נפשהו pro εαυτω & ψυχη αυτη,
חיהו pro σωζεδαι & ζαν, at recentior απτεδαι
interpretari solet השג, γενεαν דרא, δυναδαι
מצא, εαυτησ הון להון, εν εαυτω הו בה, καθ'
εαυτης הו עליה, σεαυτον לך אנת, σωζειν פרק



vel שׁוֹב. Ex quo genere etiam est loquendi formula לה כר לה, מטלתה כר מטלתה, quæ ad græcam του αυτου Marc. XIV. 39, περι τας αυτας X. 10, multo accommodatior est antiqua versione הוּ, הוּא, vtpote quæ cadere etiam potest in græca hæc: αυτου, περι τας. Vicissim idem græcum vocabulum, cuius diuersæ significationes vsurpantur, tantopere studet Polycarpus vno etiam syriaco exprimere, vt vel contra syriacam dicendi rationem in omnes illas partes hoc accipere non dubitet. Vnde vocula אן (ei) etiam Marc. VIII. 12, verbo ביד (δια) etiam Matth. XXVI. 61. Marc. IX. 30. XI. 16. et vocabulo ארעה etiam in exprimenda verbi ενεβριμησατο significatione, quam Matth. IX. 30. habet, vitur.

§. XLII.

Deinde complures, ab syriaco loquendi vsu abhorrentes, manifesto natæ e græco textu, phrasæ et constructiones occurrunt, vt Matth. XX. 13. genitiuo δηναρις respondet genitiuus דדינרא, & Marc. V. 7. accusatiuo του θεου vox אלהא, præfixo Beth destituta. Sæpe etiam, vt Marc. VI. 30. Luc. XVIII. 4, Waw repe-



repetitur ad exprimendum græcum *καὶ* — *καὶ*,
tum — *tum*. Cuius quidem generis exem-
plum reperitur quoque in epistolis, a Pocockio
editis, 2 Io. 9. Haud raro duplicem, quæ
in græco textu est, negationem imitatur ver-
sio recentior, v. c. Marc. XIV. 25. **דלא טוב**
לא מותרין אנתון ולא מרם, Io. XII. 19. **לא אשתא**.
Sicut Græci articulum varie vsurpant, item
Polycarpus suo (§. XXXIX.) articulo vtitur.
Veluti *ο μεν* — *ο δε* interpretatur **הו מן** —
הו דין, *εκ της δε ερις* Matth. I. 6. vertit **מן**
הי דאוריא, græcismum, qui est in constru-
ctione *το δε καθισσαι* Marc. X. 40. Matth. XX.
23, *προς το επιθυμησαι αυτης* Matth. V. 28,
vel omnino conseruat, vt primo loco reperitur
forma loquendi **הי דין דלמתב**, vel ex parte
imitatur, vt Matth. XX. scriptum extat **הי דין**
לות הי דנרגיה & c. V. **רתתבון** אית לי,
cum idem valet, atque *εχω*, de mo-
re græco coniungitur cum accusatiuo, vt Matth.
III. 4. **הו דין יוחנן אית הוא לה ללבושא דילה**,
XXVI. 11. Marc. XIV. 7. **למסכנא אית לכון**.
עמכון לי דין לו בכלזבן אית לכון. Eadem con-
structio inuenitur 1. c. 2 Ioh. 9. & in Apoca-
lypsi aliquoties (VIII. 6. IX. 11. XVI. 2.)



§. XLIII.

Deinde græcorum etiam verborum feriem, quoad eius facere potest, conseruat iunior interpres, vt Marc. X. 2. וכד קרכו פרישא שאלוהי דאן שליט לגברא אנתתא למשרא כד דילהון דין אתפתחי, Luc. XXIV. 31. מנסין לה נהרותא מן כרסה נרון, Ioh. VII. 38. עיניהון הי דיעקוב, Matth. XXVII. 56. דמיא היא ודאיוסי אמא. Quamquam Marc. XV. 40. vocem *matris* mox cum articulo coniungit, et filiorum nominibus præponit, fortasse, quia in græco, quod secutus est, exemplo illo loco collocatum fuit verbum *μητρης*.

§. XLIV.

Scholia denique, occurrentibus in ipso græco contextu peregrinis verbis a scriptoribus sacris adiuncta, curiose retinet interpres recentior, cum contra negligantur ab antiquiore, in codicibus certe syriacis adhuc reperiri non potuerint, quamquam eorum vestigium restet in versione arabica Erpeniana (v. Celeberr. Michaelis Cur. in Vers. Syr. Act. p. 60.) Quomocunque res se habet, iunior certe interpres peregrinas voces, quemadmodum



dum in græco textu scriptæ sunt, eodem modo scribere, græcamque dein interpretationem, totidem verbis translata, addere solet. Veluti Matth. XXVII. 46, quo loco, ut apud Marcum XV. 34, legit $\epsilon\lambda\omega\iota$, ad hunc modum vertit אלוי אלוי לאמא סאבאקתאני הי דאיתיה. קורבן. Marc. VII. II. אלוי אלוי למנא שבקתני אפפתאא הי דאיתיה. V. 34. הו דאיתוהי קורבנא, Io. I. 42. אבבאא הו אבא, XIV. 36. אהפתח, IV. 25. למאסיא הו דאיתוהי דמתפשק משיחא. דמאסיאס אתא הו דמתאמר משיחא.

§. XLV.

Quum igitur tam multa et varia recentiori interpreti obseruanda fuerint, mirum nobis accidere non debet, quod ab usitata ipsi consuetudine interdum recedit, fuorumque præceptorum inmemor vulgarem citius loquendi consuetudinem, cui omnino adfuetior erat quam suæ illi recens inuentæ multisque et variis legibus adstrictæ, vel veterem syriacam versionem sequitur. Ex quo genere est, quod v. g. contra sua præcepta (§. XL - XLII.) Matth. XXIV. 1. verbi $\pi\rho\sigma\sigma\eta\lambda\theta\omicron\nu$ compositam formam non significat, vertens tantummodo

וקרבו;



וקרבו; quod temere addit pronomina, vt XIII. 27. in מרן, Luc. VIII. 24. in רבן, Marc. V. 34. in ברתוי, ψ. 40. ולאמה; quod præfens pro futuro ponit, vt Matth. I. 21. in וקרא אנת, VII. 5. in הוא אנת, ψ. 21. in עאל; quod Marc. III. 10. αψωνται interpretatur נתקרבו, & Matth. III. 10. XV. 32. Luc. III. 9. הנתה, cum plerumque הנתה & וסו, de quo utroque in antiqua versione הוא dicitur, accuratius discernere, et ad alterum verbum exprimendum voculas מן כרו, ad alterum הוא vsurpare soleat; quod plerumque vulgaris loquendi consuetudo præuenit interpretis consilium, verborum אית לי ad modum græci εχω tractandorum.

§. XLVI.

Oportet autem tenere, interpretem sæpe a præceptis suis aberrasse videri, cum a vulgari lectione aberrauit potius exemplum, e quo versionem fecit. Veluti Matth. X. 24. XIII. 10. XIX. 5. pronomen verbis *magistrum, discipuli, patrem, matrem* addidisse, et XXVI. 43. præteritum אשכח pro vulgato ευρισκει posuisse ideo potest, quod eas lectiones, quas alii quoque codices habent, in suo exemplari reperit.



perit. Atque idem illud accidere potest in lectionibus versione syriacæ recentiori propriis. Ex quo genere fortassis est, quod Luc. XXI. 30. pro altero $\eta\delta\eta$ scriptum est $\alpha\eta$. Nam interpres hoc loco nec exemplo veteris versionis, quæ voculam præterit, ab vsurpando מן כרו (cf. §. XLV.) abductus, nec vniuerse sui oblitus est, quippe græcam voculam paullo ante מן כרו vertit. Itaque legit ιδου , nisi forte $\alpha\eta$, vt a pluribus factum, omnino omisit, igitur postmodum alius adiecit (§. LIII.)

§. XLVII.

Ceterum, dormitante nonnunquam interprete, e prisca versione quædam in alteram, quæ de cetero eius more decederent, irrepsisse (§. XLV), mirandum non est. Nam recentior interpres, dum vertit, ante oculos sibi constituit veterem versionem, ita, vt hæc quidem pro basi, græcum vero exemplum pro norma fuerit, ad quam correctio dirigeretur. Id vero ita esse, cogitur ex eo, quod, vbi, saluis tum codicis sui lectionibus, tum iis omnibus, quæ ad exquisitam græci textus et versionis conuenientiam pertinere existimabat, cum superiore interprete



interprete facere poterat, plerumque e pluri-
 bus, quæ græco textui et sanctis interpre-
 tandi regulis pariter satisfactura erant, ea pro-
 prie, quibus etiam priscus interpres usus est,
 recentior delegit, atque adeo integros versus
 de antiqua versione sumfit, vt Matth. XI. 28.
 XIII. 50. XVI. 15. XXI. 18. XXII. 41. XXIV.
 11. 23. 25. XXV. 42. XXVI. 1. XXVII. 13.
 Marc. I. 1. IV. 7. VI. 42. 46. XIV. 16. 46.
 Sed prioris etiam enunciati ratio reddenda est,
 proferendis aliquot exemplis. Itaque vt ve-
 tus versio *ωσαν* interpretatur vel *שעתא* vel
ערנא, itidem recentior. Quoties illa *ψευδο-*
προφητας appellat *נביא* vel *דגלא* vel *דגלותא*,
 toties hæc similiter *דגלא* habet; vt vero illa
 ponit *דכרבותא*, statim hæc *כרנא* præfert.
 Sicut in illa Marc. II. 18. pleonasmus affixi
 Coph obtinet, ita etiam in hac. Quia vetus
 versio participium *κυσας* Marc. I. 7. asyndeto
 expressit, propterea etiam Polycarpus, qui
 plerumque participia, addita verbis vocula *כר*,
 significat, l. c. asyndeton præfert, seruatis
 iisdem, quibus antiqua versio utitur, voca-
 bulis. Participium *אל* Io. XI. 44. pro infini-
 tiuo ponit recentior interpres, propterea, quod
 græcum



græcum infinitivum hoc modo reddidit antiquior. Accedit, quod interdum manifesto tenetur ætate posterior interpres in obliuione correctionis, quam priori versioni adhibere cœperat. Velut Matth. XXIII. 23. pro futuris e græco ponere voluit infinitiuos, mox vero mutationis, ponendo vocabulo למעבר fieri cœptæ, oblitus nihilo minus conseruauit alterum, quod in superiore versione reperit, futurum תשבקון. Hæc de versionis recentioris indole.

§. XLVIII.

Qua perspecta, rectius quoque ex dicendi genere, ad versionis illius stylum comparato, iudicium fieri poterit tum de epistolis, a Pocockio editis, tum de Apocalypsi, quæ, curante Lud. de Dieu, in lucem venit. Itaque, tametsi stilus, quo syriacæ illæ epistolæ scriptæ sunt, diuersus est a stilo veteris interpretis, contraque vno et altero loco propinquus stilo Polycarpi, qui v. c. vsurpare solet verbum חרי, 2 Ioh. 10. 11. occurrens, et græcum μεν exprimere vocula מן, quam reperimus Iud. 8. 22, vt omittam locum 2 Ioh. 9, de quo supra (§. XLII.) dictum est: tamen non omnino idem stilus



stilius est. Polycarpus enim v. g. 2 Petr. I. 6. scripturus erat שפירות דחלתא (§. XL), σκη-
 νωμα ὕ. 13. 14, vt solet græcorum verborum tenax esse, interpretaturus erat משכנא, ad-
 iectiuum προφητικου ὕ. 19. adiectiuo נבייתא expressurus erat (§. XL), vt factum quoque in epistolarum earundem versione altera, e qua in Pocockii notis excerpta reperiuntur, hausta e Dionysii cuiusdam commentariis. Et huius quidem versionis auctor de more Polycarpi pronomine דילי & similibus multo frequentius vtitur, quam vel vetus versio vel edita a Pocockio; ordinales numeros itidem Polycarpi more exprimit, vt Iud. 14. pro verbo דשבעא, quod de antiquæ versionis consuetudine syriacus epistolæ contextus, in lucem a Pocockio prolatus, habet, vocabulum שביעיא ponit. Idem interpres του βοσος 2 Petr. II. 15. eodem modo vertit הו דבוסור, vt Polycarpus Luc. III. 23. fs. του ηλει & similia vertit. Græca etiam vocabula, quibus in versionem recipiendis Polycarpum delectari vidimus (§. XXXIX), retinet, vt 2 Petr. II. 4. מטרארוס. Itaque, iudicio ex dicendi genere facto, edita a Pocockio epistolarum Petri II, Ioannis II. & III,

nec



nec non Iudæ versio neque veterem interpre-
tem, neque Polycarpum, sed ignotum homi-
nem, altera vero earundem epistolarum ver-
sio, cuius fragmenta e Dionysio in notis Poco-
ckius protulit, Polycarpum auctorem habet.
Quo facilius credere possumus Dionysio, ad-
firmanti, syriacam, quam vsurpet, epistolæ
Petri secundæ versionem Heracleensis (§.
XXI.) partem esse. v. Pocockii Præf. ad epi-
stolas, quas edidit, syriacas.

§. XLIX.

Apocalypsin vero syriacam, de codice
Leidensi, scripto ab Casparo quodam, (libra-
rii enim, non interpretis, nomen subscriptio,
expressa quoque in editione Lud. de Dieu,
commemorat) itaque versionem Apocalypse-
os, de Leidensi codice editam ab Lud. de Dieu,
seculo saltem septimo, quo Philoxenianam
versionem, superiori seculo factam, recensuit
Thomas Heracleensis, cognitam et a Iacobo
Edeffeno vsurpatam fuisse, colligere possis ex
eo, quod in Ephræmi T. I. Syr. p. 192, locum
Apoc. XVII. 3 - 6, paullo quidem liberius ad-
fert Iacobus, verum tamen sic, vt versio, qua

G

hodie



hodie utimur, ob oculos ei posita fuisse vi-
 deatur. Huic enim eidem haud pauca plane
 consentiunt, etsi non ubique ipsa eius verba
 conseruata sint, sicut nec verborum seriem, quæ
 est in textu tam græco quam syriaco, nec omnia
 ubique verba exprimere Iacobus voluit, de sen-
 su tenendo in primis sollicitus (cf. §. X. III.) Sed
 quid opus est, syriacam, de qua agimus, Apo-
 calypseos versionem certe a Iacobo Edeffeno,
 in Philoxeniana N. T. versione tractanda vni-
 uerse occupato (v. Wetstenii Prol. p. 113), le-
 ctam probare, cum illam in librorum, quos
 Heracleensis versio complectitur, numero ha-
 bere, ut testem, a Cel. Ridleyo p. 39. produ-
 ctum, omittam, ipsum dicendi genus cogat?
 Neque enim tantum Apocalypseos versio, ut
 Heracleensis, similime ad verbum de græco
 expressa est, multaque græca vocabula syriacis
 admixta habet, & græci quoque textus con-
 structiones imitatur, verum etiam in minimis
 quibusque Apocalypseos syriaca versio & He-
 racleensis v. c. euangeliorum inter se similes
 sunt. Velut utraque דילי & similia frequenter
 pro affixis ponit, מרמינא in vtraque ad diabo-
 bolum significandum æque adhibetur, ac
 אכלקרצא,



אכלקרא, *posse* vtraque reddere solet מצא, *re-*
spondere פני, εαυτους, εαυτην הן לה, הן לה;
verba αγαπαν & φιλειν, καλειν & λεγειν, οι-
κουμενην & γην vtraque eodem prorsus modo
(§. XLI.) distinguit. Longum est, hæc dili-
gentius persequi, eoque minus necesse habeo,
plura addere, quod Apocalypseos syriacam
versionem adire omnes ipsi possunt, eiusque &
ceteræ versionis Heracleensis maximum &
multiplicem consensum nullo negotio accura-
tius cognoscere, si cum priore vel paucula illa,
quæ excerpta sunt in hoc libello ex altera, con-
tendere velint. Atque illam stili conuenien-
tiam etiam Cel. Ridleyus persensit, cui non
modo euangeliorum, sed reliquorum etiam
N. T. librorum versionem Heracleensem com-
parare cum Apocalypsi licuit. Neque vero de
eius sententia dimouere nos debet absurda ver-
bi μεσουρανηματος versio, Ap. VIII. 13. occur-
rens, paulatim ab ipso interprete emendata
XIV. 6. XIX. 17. Quod enim ad etymolo-
giam facta est, ad vniuersam, qua Polycarpus
vtitur, interpretandi rationem est accommo-
datum. Quod vero ad male intellectam rari
verbi etymologiam facta est, ne illud quidem



alienum videtur Polycarpo, qui *παραψιδοα*
 Matth. XXIII. 25. vertit פאתא ברתא, velut
 significaret externam faciem, *οψιν*, cuius vo-
 cabuli syriaca versio Apoc. l. 16. conferenda est.

CAPVT IV.

De codicibus, e quibus versio ducta est.

§. L.

De versionis indole dictum est, deinceps
 de fontibus dicendum, e quibus versio fluxit.
 Ea autem res pluribus de caussis ad iudican-
 dum subdifficilis videtur. Etenim ne satis qui-
 dem constat, an vno codice græco vsus sit in-
 terpres, an pluribus. Quamquam credibile
 est, ad institutum, quod ad veritatem græcam
 curiosius retinendam vnice spectasse, ex ipsa
 versionis indole patet, neque vnum tantum-
 modo, neque obuia quæque exempla adhibita
 fuisse. Num vero, qualia ab interprete habe-
 bantur, nimirum bona, reuera fuerint, quæ-
 stio existit, tanto minus expedita ad soluen-
 dum, quod codices illi e versione, inde ducta,
 iudicandi sunt, quæ, si fuissent in codicibus
 satis multa scripturæ vitia, manifesta illa qui-
 dem,



dem, tamen ea expressura non erat. Atqui ex istiusmodi peccatis, nemini non in oculos incurrentibus, eorumque vel paucitate vel multitudine intelligitur saltem, an diligenter scripti sint codices. Quod plurimum adiuuat in pretio eorum lectionibus statuendo. Omnino quidem in ipsa lectionum indole ad iudicandum maximum momentum est, sed iudicium, de codicibus ex ea factum, aliis probare, cum vniuerse, tum maxime, si breuitatem sectemur, haud facile est. Nam, si maxime scirem, nunquam non certo internoscere, lectiones, quibus bonitatem codicum censere vellem, veræne essent anne falsæ, & per breuitatem sectandam liceret, vt par esset, iudicium de vniuersa earum multitudine, (paucis enim nihil efficitur, quum nullus liber tam bonus sit, quin falsas, & nullus tam vitiosus, quin veras, a quibus alii codices deflexerunt, lectiones habeat) argumentis comprobare, tamen in locis, quibus lectiones, ad æstimandam codicum bonitatem in primis aptæ, contineantur, deligendis hærerem. Itaque satis habeo, de lectionibus versionis syriacæ recentioris adfirmasse, nullum a me animaduersum esse latius patens vitium,



nimirum quo vniuerse contaminati fuerint codices, e quibus versio fluxit.

§. LI.

Etsi enim de latino passim interpolati videri possint, quia versio, de iis ducta, qualis hodie est, non caret lectionibus, hanc forte suspicionem adferentibus, tamen in magna earum paucitate, comparata ad infinitas prope inter latinam versionem & syriacam recentiore dissensiones, quarum particulam Cel. Ridleyus Sect. XV. commemoravit, vehementer dubito, exempla, quibus vsus est syriacus recentior interpres, in suspicionem interpolationis e latino ponere. Itaque versionis lectiones, cum latinis paullo nimium consentientes, ex quo genere apud ipsum Ridleyum p. 60. nonnullæ inveniuntur, etiam pluribus facile augendæ, vt Matth. XIV. 18. *ειπεν αυτοις*, XXVII. 40. *ουα ο καταλυων*, Marc. VIII. 17. *διαλογιζεσθε εν ταις καρδιαις υμων ολιγοπιστοι*, XI. 32. *φοβημεθα*, XII. 14. *ειπε εν ημιν εξεσι*, XVI. 18. *και εν ταις χερσιν οφεισ αρσσι*, huius igitur generis lectiones, versioni syriacæ recentiori cum latina græcisque, ex ea vitiatis, codicibus



codicibus communes, nec facile in pure græcis exemplis reperiendæ, non quidem ad corruptionem codicum, e quibus versio ducta est, trahendæ videntur, sed vero ex interpolatione exemplorum versionis ortæ esse.

§. LII.

Constat enim, versioni in margine exemplarium tum notas Heracleenses (§. XXVIII.) tum alias (§. XXXVII.) addi solitas esse. Codices autem, a Thoma Heracleensi collatos, cum Alexandrini fuerint (§. XX), latina versione interpolatos fuisse, ipsa interpolationis codicum græcorum ad latinam versionem origo, a Celeberrimo Ernesti explicata (Inst. Int. P. II. C. II. §. 15), verisimile efficit. Lectiones certe varias, in exemplorum versionis syriacæ recentioris, v. c. Ridleyani, margine scriptas, magnam partem, latinorum vel ex iis interpolatorum græcorum librorum esse, de codice Ridleyano excerpta a Wetstenio docent, (v. e. g. Marc. IV. 9. VIII. 26. XVI. 8. Eph. I. 6.) ipsiusque Ridleyi professione (Diff. p. 63. & Celeberr. Michaelis Cur. in Act. p. XII.) de consensu lectionum, in margine posi-

G 4

tarum,



tarum, cum Cantabrigiensi codice, patet. Siue igitur de latino sumtæ lectiones illæ a Thoma Heracleensi collectæ sint, siue post ab aliis adiectæ, faltem in margine exemplorum versionis a librariis eius generis lectiones repertas esse, clarum, earumque porro aliquas, vt in græcis quoque libris sæpenumero factum est, in textum illatas esse, credibile est.

§. LIII.

Re autem vera passim interpolata esse versionis syriacæ recentioris exempla, alibi quidem hoc, alibi illud, exemplarium contentione constat. Etenim in codicum tum Oxoniensis tum Parisini textu occurrunt lectiones, quas, auctore Wetstenio, Ridleyanus in margine retinuit, quæ igitur in illorum librorum textum perspicue venerunt e margine. Veluti Oxoniensis codex Matth. IX. 13, dissentiente præter Ridleyyanum, de quo vniuerse dixi, etiam Parisino, verba *εις μετανοian*, contraque XII. 3. Parisiensis, aduersante etiam Oxoniensi, verbum *αυτος* textui inserit, XVI. 28. Ox. & Par. voculam *των* (מן הנון) verbis קימין דהרכא (ωδε εσωτες) addunt, XXVI. 26. vterque ponit *ευχαριστας* pro vocabulo *ευλογησας*,




γησας, XXVII. 55. in Par. pro *εκει* scriptum extat *εκει και*, Marc. I. 38. Ox. inuentum in margine *אתה*, etiam Par. improbante, cum *נפקת* coniungit, II. 18. vterque pro lectione *και οι Φαρισαιοι* habet *και οι των Φαρισαιων*, quam vero lectionem Parisinus exprimit verbis *והנהן רפרישא*, Ox. autem verbo *והפרישא*, dissensu interpolationem tanto manifestiorem faciente; V. 7. Par. ponit *εμοι* pro *υμιν*, VIII. 4. vocabulum *λεγοντες* adiungit ad vocem *αυτη*, IX. 15. ponit numerum pluralem *εξεθαμβηθησαν* pro singulari, sed ita, vt antiquæ lectionis vestigium restet in singulari numero verbi *ιδων*, quem neglexit mutare auctor interpolationis; XII. 20. adiicit vocabulum *αποθνησκων*, XIV. 72. pro verbis *του ιησους ειπωντος* habet *ου ειπεν αυτω ιησους*, XV. 24. *σαυρωσαντες* pro *εσαυρωσαν*. Vicissim X. 20. in contextum Ridleyani codicis irrepsit lectio, quam in margine continuit Parisiensis (§. XXV.) Atque eius generis plura sine dubio exempla proferri possent, si plures in libri Parisini margine superessent (§. XXVIII.) variæ lectiones. Ceterum lectiones textus & marginis manifeste etiam permutatæ sunt Matth. XXVII. 9. (§. XXVII.)



§. LIV.

Interpolationi etiam deberi videntur nomina propria, nimis accommodata ad græcum textum scripta. Ea enim scribendi ratio auctorem habet Thomam Heracleensem, qui, accuratorem istam in versione Polycarpi ad summum cum græco textu consensum deesse, putavit, itaque nomina propria, ad illam rationem scripta, in margine posuit (§. XXV.) Vnde in ipsum textum passim irreperunt. Quod e. c. accidit in Ox. codice Matth. I. 6. 7. (§. XXXI), cum contra Parisinus tum illis locis, tum aliis nomen Heracleense rectius in margine collocet (§. XXV.) Quamquam eius quoque textui idem Heracleense nomen aliquoties insertum est, ut Matth. XII. 42. Ridleyanus autem liber non modo Heracleensia nomina, sed etiam ad græcam scribendi rationem consecutis temporibus multo magis conformata in textum admisisse videtur. Comparentur, quæ X. 3. habet, nomina propria cum iis, quæ sunt in Parisino, ne dicam, cum iis, quæ reperiuntur in Oxoniensi, multoque etiam remotiora sunt a græca scribendi ratione (§. XXXVI.)

§. LV.



§. LV.

Quoniam igitur de interpolatione codicum versionis syriacæ recentioris constat specimenibus satis idoneis, & vero illud facile intelligitur, haud paucas lectiones varias in margine libri Ridleyani conseruatas esse, quamuis a Wetstenio non commemoratas, multasque in margine aliorum exemplorum, e quibus ducta sunt vel ipsum Ridleyanum, Parisinum, Oxoniense, vel superiora, quorum apographa sunt codices, modo enumerati, ab librariis inueniri & in contextum recipi potuisse, quamuis hodie in nullius, paullo certe diligentius inspecti, libri margine superstites: eiusmodi interpolationem suspicari aliis de causis licebit, etiamsi ad codicem prouocare nequeamus, in cuius margine suspecta lectio reperiatur. Veluti codex Oxoniensis tum Ridleyano tum Parisino, verba *εν τω φανερω*, quæ primus Matth. VI. 18. ad calcem addit, vocemque *ישוע*, quam idem VIII. 5. ad verba *כר הו* *על דין הו* adiicit, prætermittentibus, contraque Ridleyanus ceteris testibus in lectionibus, quas Matth. XI. 18. XVI. 28. XXVI. 38. XXVII. 28, consentientibus potissimum codicibus, e latino



latino interpolatis, habet (§. XXXVI), interpolationis e margine, in quo variæ istæ lectiones notatæ erant, conuincitur. Mitto alias codicis Ridleyani lectiones, latinis pariter auctoritatibus maxime nitentes, & ab exemplo Parisino pariter improbatas, vt Matth. VIII. 18. Marc. V. 34. XII. 17. (§. XXXVI), additurus locum Marc. XI. 32, in quo codices Par. & Ox. de omittenda vocula *εαυ* consentientem habent Ridleyanum, sed ita, vt vocula in tertio codice ferius addita sit, id quod claro indicio est de interpolatione, in exemplis syriacæ versionis recentioris tentari solita.

§. LVI.

Multa inprimis ex antiquiore versione syriaca in recentioris exempla venisse, verisimile ex eo videtur, quod prioris lectiones in margine exemplorum posterioris, vt Ridleyani (§. XV. XXXVII), commemorare fueuerunt librarii, & in recentioris versionis exemplaribus lectiones reperiuntur, quæ interpolationis notam habent, sed e nullo fonte procliuius manare potuerunt, quam ex antiqua versione syriaca. Velut huic versioni propriam lectionem

nem





nem *ην λελατομημενον* Matth. XXVII, 60, quam in margine conseruauit Ridleyanus codex, Parisinus in textum recepit. Idem codex, vt in enunciato Marc. X. 35. וקרבו רדו לוהה superuacuum verbum קרבו, sic in verbis *הא מן כדו* Matth. XVII. 12. Marc. VIII. 2. primam uoculam e margine superioris exempli, in quo uetus versio excerpta erat, traxisse uidetur. Polycarpus enim in exprimendo uocabulo *icum*, aut uoculis *מן כדו*, aut, quum inconsiderate uertit, uocula *הא* (§. XLV), nequaquam uero hac cum illis coniuncte utitur. Alienum quoque fortassis est uocabulum *סמא*, quod Marc. XVI. 18. & in Parisino & in Ox. libro inuenitur, quippe ueteri quidem uersioni obgenitiuum *דמותא* eiusmodi uerbo opus fuit, at non item recentiori, quæ *θανασιμον τι* interpretatur *ממיתנא מדם*, & uniuerse, quoad potest, abstinet ab usu uocabulorum, quibus nulla respondent in græco textu. Similis interpolationis lectiones fragmenti Parisini Matth. I. 16. 20. (in uerbo *למסב*.) 23. (*שמא*.) 24. II. 2. 13. (§. XXXI), codicis Ox. Matth. I. 23. (*אלהן*.) II. 8. (§. XXXI.) Marc. XVI. 15. 19. Luc. VI. 4. (§. XXXII), exempli Parisini Luc. IV.



IV. 5. (§. XXXVI. cf. §. XLI), libri Ridleyani
 Marc. V. 26. (§. XXXVI), cum versione vetere
 perspicue consentientes, arguit dissensus cete-
 rorum exemplarium.

§. LVII.

Alia, multoque etiam magis perniciofa,
 recentioris versionis cum antiqua conforman-
 dæ caussa extitit vtriusque comparatio, in ipso
 recentioris contextu fieri solita (§. XV.) Nam
 iunioris interpretis verba, quæ superiorem
 versionem deficiebant, ideoque asterisco nota-
 bantur, delenda videri facile poterant librario,
 igitur in exemplari, quod scribebat, præter-
 mitti. Velut Parisinum caret verbis *manuum
 suam* Matth. XII. 13. (cf. §. XV), *Christus*
 XXIII. 8, *Φωνης* XXIV. 31, *Iesus* Marc. V.
 40. (cf. §. XV), *videntes eum venientem ad ipsos*
 XII. 7, *οτι* XIV. 14, quæ omnia reperiu-
 tur in Ridleyano, sed asterisco notata. Quem
 si vel Wetstenius commemorare, vel librarius,
 a quo Ridleyyanum exemplum scriptum est, ad-
 ponere interdum neglexerit, dubitari sæpe
 poterit, an dissensus codicum de verbis, quæ
 alii addunt, alii exemplo veteris versionis
 omittunt,



omittunt, ex illorum interpolatione extiterit, an vero ex errore librariorum, qui asteriscum partim neglexerunt, partim, quid sibi vellet, minus intellexerunt, verba, eo notata, omitti debere rati. Velut alterutram ob causam Marc. III. 15. (§. XXXVI.) Parisinus codex diffidet a Ridleyano. Vicissim obelus, eorum, quibus versio vetus redundauerit, index, ubi vel non bene intellectus fuerit ab librariis, vel non satis clare apparuerit in exemplo, quod quisque secutus est, obstare non potuit, ne in apographum sine vlla differentiæ significatione referrentur, quæ veteris versionis erant, non recentioris. Itaque Parisini codicis lector verbum *igitur* Matth. XIII. 30. (cf. §. XV), quod in Oxoniensem quoque, at ferius, venit, pronomen *mihi*, XVIII. 28. vocabulo *debes* adiectum, vocem εθνωυ XXIV. 9, vocabulum ברה Marc. V. 42, quod addi, syriacæ loquendi consuetudini magis consentaneum est, quam iunioris interpretis studio, verbum de verbo vertendi, ab interprete recentiore profecta putare debet, nisi admoneatur de obelo, qui, in Ridleyano codice conseruatus, ea omnia veteri versionis tribuit. Atque ab hoc fonte
fluere



fluere haud raro potuit nimius inter vtramque versionem consensus, igitur non semper Polycarpo (§. XLV), sed sæpe exemplaribus versionis eius vitio dandus. Veluti pronomina *eum*, verbis *Et ad cruce adficiendum* Matth. XX. 19, *abduxerunt* XXVII. 2. Marc. XV. 1, *abducite* XIV. 44, & *suum*, verbis *spiritum* Matth. XXVII. 50, *cingulum* Marc. VI. 8. iuxta in Parisiensi codice, quam in versione antiqua, subiuncta, obelo notata sunt in Ridleyano codice.

§. LVIII.

Quum igitur versionis ætate posterioris exempla in interpolationis vitio tam manifeste deprehendantur, neque vllum eorum, quæ adhuc sunt adhibita, prorsus ab illo vitio liberum sit: accidere facile potuit, vt omnia, adhuc consulta, at quam pauca! exemplaria eandem lectionem, quamvis interpolationi, sed, cum illa scriberentur, iam latius diffusæ, debitam, sequerentur. Veluti verba: *ειρηνη εν γραφοις και δοξαι εν υψιμοις*, quæ hodie in exemplis versionis recentioris Marc. XI. 10. leguntur, olim certe, vt est in margine libri Ridleyani, non in omnibus exemplaribus Xenayæ,



nayæ, i. e. versionis Philoxenianæ reperi-
bantur. Quo magis optandum est, vt cum
vniuerse plures versionis codices conferantur,
itaque alienis, quas forte paucorum notiorum
codicum consensus commendare possit, lectio-
nibus ceterorum, nondum adhibitorum, libro-
rum dissensus fidem detrahat, contraque ge-
nuinæ versionis lectiones eruantur, tum ma-
xime Italicorum exemplorum, a Cel. Ridleyo
Sect. XII. n. 1. 5. commemoratorum, ratio
habeatur, propterea, quod ætate antecedere
feruntur recensioem Heracleensem, e qua
prima notarum, in margine addi solitarum,
& inde ortæ codicum interpolationis origo
ducta videtur. Cuius voti compotes nos fa-
cere poterit promissa ab Anglis editio versionis
syriacæ recentioris.

CAPVT V.

De vsu versionis.

§. LIX.

Quæ cum vniuersum N. T. contextum comple-
ctatur (§. XXXIII. XLIX), igitur iis, quæ in Pa-
trum scriptis particulatim, nec vbique sic, vt, quid

H

quisque



quisque legerit, pateat, de N. T. commemorantur, hac ex parte anteponenda fit, cum præterea græci textus ita tenax sit, vt lectiones eius, vix inter se distantes, & in ceteris versionibus nulla notione discernendas, haud raro sine ambiguitate distinguat, cum denique græcos codices, si non omnino omnes, qui e bibliothecis adhuc sunt protracti, (nam vnus forte aut alter æqualis videri possit) at longe plurimos ætate antecedit: maximo fane in re critica vsui esse potest, præsertim si explicabimur e difficultatibus, in exquirenda genuina versionis lectione ab interpolationis metu sæpe existentibus. Quamquam ea calamitas huic versioni communis est cum aliis haud paucis, quas nullum vsum criticum habere, nemo dixerit.

§. LX.

Atque in earum numero etiam veterem N. T. syriacam versionem habendam esse, patefit indicio recentioris. Priorem enim e posteriore interpolatam esse, ex vtriusque comparatione apparet. Neque id mirum videbitur expendenti, quid recentiori versioni acciderit ab antiquiore (§. LVI.) Quemadmodum enim iunioris versionis exempla antiquioris lectionibus, in margine scriptis, instrui solebant: sic vicissim veteris versionis exempla recentioris non modo lectiones, sed etiam contextum (§. XII), in margine habebant. Vt autem veteris versionis lectiones de margine in textum iunioris receptæ sunt, similiter recentioris lectiones e margine facile venerunt
in



in textum superioris. Quam vero proclives vniuerse fuerint librarii ad commiscendas plures eorundem librorum in eandem linguam versiones, cum latinarum noui tum græcarum V. T. exemplis patet.

§. LXI.


Interpolationis igitur manifestum inprimis tenemus codicem versionis syriacæ veteris Parisiensem, supra (§. XII.) latius descriptum, qui Matth. IX. 37. (§. XIV.) voculam $\mu\epsilon\nu$, veteri interpreti prorsus inusitatam, e iunioris versione hausit, de qua ipsa vocabulum *veni* V. 17. (§. XIII.) tam manifeste depromptum est, vt etiam infinitiuus, quo versio recentior vtitur, in locum verbi vulgati דאמלא , quod vtique ad prægressum futurum accommodatius est, substitueretur. Vocabulum מטלהרא XII. 31. (§. XIV.) ponitur de consuetudine iunioris interpretis, qui, vt vniuerse neutrum exprimere solet feminino, sic δία τουτο constanter illo vocabulo significat. Verbum igitur VI. 9. e versione recentiore ita fumsit librarius, vt, quod in suo antiquæ versionis exemplo repererat, verbum *sic*, cogitans præcipue de altero addendo, plane negligeret (§. XIII.) Et sæpius omnino, vt XIII. 56. (§. XIV), II. 1. in *Herodis* nomine exprimendo (§. XIII.) & V. 22. in verbo *Raca* scribendo, IV. 4. (§. XIII.) & IX. 15. (§. XIV), VIII. 15, cum versione iuniore contra editiones consentit.



§. LXII.

Eodem vitio Coloniensem laborare codicem, frequens consensus eius cum Parisiensi, modo memorato, est indicio, quippe vel in iis Parisini libri lectionibus, quas ante (§. LXI.) protuli, haud paucæ sunt, quas etiam Coloniensis habet (§. XIII. XIV.) Quibus adiungam alia, at pauca, ex multis lecta, specimina. Igitur Matth. XVI. 23. non tantum vocem $\eta\lambda\iota\gamma$, qua omnino carent editiones, quam autem versionis recentioris exemplar Parisinum semel ponit (§. XXXIV), iterumque positam aliud fortasse exemplar, e quo Coloniense est interpolatum, forte etiam (§. XXXIII.) Ridleyyanum, cuius certe nullum ab vulgata lectione, quæ iterat voculam $\tau\alpha$, diffensum Wetstenius notat, e margine, in quo commemorata fuit lectio vulgaris, in textum recepit (§. LV), librarius exempli Col. textui iterum inserit; verum etiam, præeunte versione recentiore, verbum מטל cum verbo רלא coniungit: deinde Marc. VI. 55. aduerbium בישאית , de recentiore versione sumtum, pro recepto ביש ביש ponit: tum Ioh. XVIII. 28. *prætorium* more iunioris interpretis scribit. Neque illud vniuerse dubitationem habet, codicis huius crebram cum græco textu conuenientiam in locis iis, in quibus cetera antiquæ versionis exempla paullum ab illo discedunt, sæpissime ab interpolatione e recentiore versione, quæ græci textus maxime tenax est, venire. Ex quo genere fiunt

v. g.



v. g. lectiones codicis Colon. Matth. X. 21. XIV. 3. XVIII. 10. XXII. 44. Marc. IX. 41. X. 52. XV. 40. Ioh. IV. 3. in quibus, ut textum græcum, ita versionem syriacam recentiore prorsus consentientem habet.

§. LXIII.

Libris denique, e quibus ductæ sunt editiones, eadem interpolationis nota merito inuritur. Verba enim: *mortuos suscite*, in plerisque editionibus Matth. X. 8. extantia, interpolationis notam habent (§. XIV), nec aliunde probabilius dicuntur in veteris versionis exempla venisse, quam ex versione Philoxeniana, in qua ea ipsa reperiuntur. Deinde non modo in codices, supra (§. LXI. f.) memoratos, verum etiam in eos omnes, e quibus editiones fluxerunt, verbum *dextræ* Matth. V. 39. irrepfit (§. VIII.), hoc certius e versione recentiore depromptum, quod ex eadem simul additum est verbum **אָהַ**, & **אָפְנָה** pro antiquo **קָרַב** (§. VI.) scriptum. Deinde accusatiuus **לִי** Matth. XXVI. 11. ab veteris interpretis & uniuerse ab syriaca consuetudine ita abhorret, ut credi nullo modo possit, postrema eius loci verba ab interprete, cuius antiqua versio e Marc. XIV. 7. restituenda est, profecta esse. Quæ cum perspicue consentiant cum versione Philoxeniana (§. XLII), vix dubitari potest, quin ex eadem hausta sint. Fortasse etiam vocabulum **מַטְלֵהָרָא** Luc. XIV. 20. Ioh. V. 16. 18. XII. 18. Philem. 15. e iuniore versione sumtum est, propterea, quod in exprimendo græco *δια*




τοῦτο, toties in N. T. occurrente, recentior versio constanter illo vocabulo vtitur (§. LXI); contraque antiquior, quum a paucis indicatis locis discefferis, vbique præfert מטהנה. Nec denique incredibile est, verba, quæ olim in antiqua versione non ab omnibus reperta fuisse, supra (§. XV.) vidimus, magnam partem ex Heracleensi versione, in qua certe leguntur, petita esse, vt Matth. IX. 36. XIII. 29. XIX. 14. XXV. 28. XXVII. 21. Marc. II. 2. V. 37. IX. 7. 48. XII. 23. 37. XIII. 2. XVI. 14.

§. LXIV.

Itaque versio recentior, præter alias (§. LIX), etiam hanc vtilitatem habet, vt antiquioris interpolationem agnoscamus, vitiique fontem simul videamus, igitur in diffensu exemplorum veteris versionis ansam habeamus, per quam lectionem suppositam, nimirum quæ cum recentiore versione consentit, vera dignoscere possimus. Cum vero antiquior versio syriaca ad iuniorem, & vicissim iunior versio mutata sit ad antiquiorem (§. LVI. f.), tanto magis etiam cauendum est, ne in iudicandis lectionibus variis vtriusque versionis consensui, quamuis e codicum, quos interpretes secuti sunt, græcorum consensu interdum haud dubie orto, attamen ex interpolatione etiam sæpe nato, plus iusto tribuere videamur.

§. LXV.

Sed ad aliam quoque partem vtilis est obseruata veteris versionis syriacæ interpolatio. Cum enim
inter-



interpolata fit e versione syriaca recentiore, hæc vero e margine vitiata fit (§. LIII), & ex eo latinizantes quoque lectiones traxerit (§. LII. LV): omnino probabilius est, eius generis lectiones in veteris versionis exemplaria de syriaca recentiore, quam aliunde, receptas fuisse. Itaque, vt his vtar, lectiones *Iesus Christus Act. I. 21. quadraginta dies X. 41.* primum e margine in versionis iunioris textum, in quo eas reperiri, etiam Cel. Ridleyus p. 67. concedit, tum e versione recentiore in exemplum antiquioris, e quo facta est arabica Erpeniana, irrepsisse, nec non lectio *ἐπ' αἰγυπτου* c. VII. 18, quæ in libri Ridleyani margine conseruata est, in textum aliorum exemplorum, atque ex hoc porro in veteris versionis exempla, e quibus fluxerunt editiones, sed quæ ab arabica Erpenii versione, ducta e syriaco codice, hoc quidem loco non interpolato, de vitio arguuntur, inuenta fuisse (v. Celeberr. Michaelis Cur. in Act. p. 83. 103. 95. f.), item verba *Ἔ sponsæ* Matth. XXV. 1, quibus caruisse olim videtur vetus versio (§. XV), ab interpolatione e Philoxeniana versione, in quam latinizans lectio, hodie in librorum Ridleyani, Parisini & Oxoniensis contextu extans, dudum e margine venerat (§. LVIII), profecta fuisse videntur. Vnde recentior versio syriaca hanc quoque utilitatem adfert, vt reperiri possit latinizantium veteris versionis lectionum origo, quam primus docuit laudatus Michaelis Cur. p. 174.

§. LXVI.



§. LXVI.

Quanto autem maiorem usum criticum præstare potest versio Heracleensis, tanto minorem præstat hermeneuticum. Quo enim magis tenax est verborum græcorum, eo rarius, quomodo græca verba acceperit interpres, intelligi, eoque minus cognosci potest e versione consuetudo syriaca, eo igitur minus conferri potest versio ad illustrandas N. T. græci formas loquendi. Nec raro accidit, ut versionem omnino non possit intelligere, qui syriacam linguam solam calleat, & græca verba, syriace versa, nesciat (§. XXXIX - XLII.) Qua de causa explanationes passim in margine adhibitæ sunt (§. XXV. XXVII.) Vnde antiqua versio ad usus populares multo accommodatior est, eam forte ob causam *simplex* (פשיטתא) dicta. Ne tamen recentiori omnem omnino negare videar hermeneuticum usum, unam interpretationem attingam, quæ, si non bona, at rara est. Itaque iunior interpres λογος Ioh. XVII. 17. de λογω ενουσιω cepit. Nam verbum מלתא, sicut Ioh. I. 1. 2. Apoc. XIX. 13, ut masculinum tractavit. Vertit enim:

מלתא הו דילך שררא איתוהי



e
t
-
a
i
-
-
n
n
t
s
o
-
o
e
n
e
-
-
-
-



7
Fo 5263

ULB Halle

3


004 768 787




VD 78

m.c.







M. GOTTLOB CHRISTIANI STORR,
SS, LITERARVM CVLTORIS IN DVCALI SE-
MINARIO THEOL. TVBINGENSI,
OBSERVATIONES
SVPER
NOVI TESTAMENTI
VERSIONIBVS
SYRIACIS.



STVTTGARDIAE,
IMPRIMEBAT C. F. COTTA, TYPOGR. AVL. ET CANCELL.
MDCCLXXII,

